

DOSIUM
TUM AD SIMPLICIA
TUM
AD COMPOSITA MEDICAMENTA
SPECTANTIUM
INDEX
OMNIUM QUI HACTENUS PRODIERINT
LOCUPLETISSIME AUCTUS
Et clarissimorum Authorum eruditionibus cum Chemicis, tum Botanicis, & Galenicis noviter, ac longe exornatus, variisque humani Corporis ætatibus accommodatus.


PAULI ANDREÆ PARENTI

UNA CUM
ANTIDOTARIO CHIRURGICO
IN CALCE LIBRI
Ab eodem excogitato, Chirurgiæ Professoribus elargito.

EDITIO, POST DUAS BONONIENSES, SECUNDA VENETA.



VENETIIS, MDCCXCII.
Apud Josephum Orlandelli;
NOMINE
q. FRANCISCI EX NICOLAO PEZZANA,
SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIO.


WELL
HISTORICAL
MEDICAL
LIBRARY

LECTORI BENEVOLO

PAULUS ANDREAS PARENTI

Medicamentorum æque Doses, atque delectum a Medicis diligenter cognosci oportere, nemo, ut arbitror, quisquam inficiabitur. Difficile est autem Scriptorum libros, in quibus eæ continentur, ad manus omnes habere: difficilius etiam, singulas memoria complecti. Quapropter medicæ facultatis studiosis commodum, acceptumque in primis fore existimavi, si multo locupletiorem, quam adhuc apparuerit, dosium tum ad simplicia, tum ad composita medicamenta pertinentium Indicem evulgarem, additis præclarissimorum Virorum non tam Chemicis, quam Galenicis, & Botanicis; eamque insuper curam adhiberem, ut quas ex aliorum scriptis colligere minime possem, eas ex communi præstantium Medicorum praxi, qua possem, diligentia, ac fide supplerem. Factum proinde est, ut Auctorum nomen, a quibus dosium notitiam, eruditionemque ad eas spectantem acceperim, medicamentis apponerem: ubi Auctor nullus suppeteret, Verbum Praxis. *Porro autem in nominandis Auctoribus non illud mihi sumpsi, ut ex eis, qui doses tradiderint, omnium primos, vel peritissimos afferrem; quem immensum plane laborem haud parem utilitatis fructum consecuturum esse videbam: tantum animus fuit, nullam dosium, & ad doses attinentem, quæ a nobis proponitur, sine gravi aliquo testimonio, ubi id fieri posset, notionem adducere. Fruere interim haud inutili, nisi prorsus fallor, libro, Amice Lector, & fave.*

In artibus magis utilia, quam ſubtilia quærenda ſunt.

Martin. Bogdan obſer. anat. Chirurg. obſer. viij.

A
SIMPLICIUM
Tum exoticorum, cum indigenorum
DOSES.

Auctores.	Pro Infantibus ſex, vel ſeptem annorum.	Pro Juvenibus decem octo annorum.	Pro Adultis.
ABrotanum in ſubſtantia cum tantillo Nitri.			
Paullus.	*ad ſcrup. ſemis.*	*ad drachm. ſemis.*	*ad drachm. j.*
Abrotanum in infuſo.			
Praxis.	*ut Thea adhibeatur.*		
Barchuſen.	*pugil. ſemis.*	*manip. ſemis.*	*manip. j.*
Abſinthium ponticilum recens in infuſo.			
Idem.	*manip. ſemis.*	*manip. j.*	*manip. iß.*
Abſintium vulgare ſiccum in infuſo.			
Praxis.	*ut Thea adhibeatur ſtomacho jejuno.*		
Abſintihum vulgare in ſubſtantia.			
Geoffroy.	*ſcrup. ſemis.*	*ſcrup. j.*	*ad drachm. j.*
Abſinthium vulgare recens in vino pro chloroticis virginibus &c.			
Ante, vel cum cibo ſumendum mane, & veſperi ad vini congruam amaritudinem, ut nos Praxis docuit.			
Abſinthii vulgaris ſuccus defæcatus pro alterante.			
Geoffroy.	*drachm. j.*	*drachm. ij.*	*ad unciam j.*
Abſinthii vulgaris ſuccus pro emetico.			
Boerhaave.	*ad unciam j.*	*ad uncias ij.*	*ad uncias iij.*
Acacia vera in ſubſtantia.			
Geoffroy.	*ad ſcrup. ſemis.*	*ad ſcrup. ij.*	*ad drachm. j.*
Cartheuſer.	*a granis aliquot uſque ad ſcrupulos ij.*		
Acaciæ florum infuſio pro purgante.			
Junckerus.	*ad drachm. ij.*	*ad unciam ſemis.*	*ad unciam j.*
Acacia noſtratis in ſubſtantia.			
Idem.	*ad ſcrup. ſemis.*	*ad drachm. ſemis.*	*ad drachm. j.*
Acaciæ ſuccus recenter expreſſus.			
Chriſtianus.	*ad drachm. ij.*	*ad unciam ſemis.*	*ad unciam j.*
Acetoſæ ſuccus defæcatus.			
Praxis.	———	*ad cochlearia.*	———
In febribus tertianis, & dupliciter tertianis bilioſis intermittentibus.			
Geoffroy.	———	*ad uncias vj.*	*ad uncias viij.*
Acetoſæ folia recentia in infuſo, vel in decocto.			
Barchuſen.	*ad manip. ſemis.*	*ad manip. j.*	*ad manip. iſſ.*
Acetoſæ ſemen in ſubſtantia.			
Claudinus.	*ad drachm. ſemis.*	*ad drachm. j.*	*ad drachm. ij.*
Acetoſella recens in infuſo.			
Chriſtianus.	*ad manip. j.*	*ad manip. ij.*	*ad manip. jv.*
Acetoſellæ ſuccus defæcatus.			
Geoffroy.	*ad unciam ſemis.*	*ad unciam j.*	*ad uncias ij.*

Acetum forte, quod prius filtratum ſit per chartam bibuſam.
Payr Tirolenſis. *ad ſcrup. ſemis.* *ad drachm. ij.* *ad unciam ſemis.*
Chriſtianus. *ad drachm. ij.* *ad drachm. vj.* *ad unciam unam.*
Acini Oxyacantæ ad fluores albos ſiſtendos a nonnullis laudatur.
Geoffroy. ———————— *ad drachmam unam uſque.*
Acorus verus pulveriſatus.
Idem. *ad gr. xij.* *ad ſcrup. j.* *ad drachm. ſemis.*
Adiantum, ſeu Capillus Veneris recens in infuſo.
Barchuſen. *manip. ſemis.* *manip. j.* *ad manip. iß.*
Agaricus in ſubſtantia pro purgante.
Bateus, Payr Dele-Boe, Sylvius cum Junchero.
ad ſcrup. j. *ad drachm. j.* *ad drachm. ij.*
Agaricus in infuſo pro purgante.
Schroderus. *ad drachm. j.* *ad drachm. ij.* *ad unciam ſemis.*
VVedelius. *ad drachm. j.* *ad drachm. iß.* *ad drachm. ij.*
Junckerus. *ad drachm. ß.* *ad drachm. j.* *ad drachm. ij.*
Ageratum umbræ ſiccatum in infuſo.
Praxis. *ad drachm. j.* *ad pugill. ij.* *ad manip. j.*
Agni Caſti ſemen in infuſo.
Eadem. *ad drachm. j.* *ad drachm. ij.* *ad drachm. iij.*
Agni Caſti ſemen in emulſionibus.
Geoffroy. *ad drachm. j.* *ad drachm. ij.* *ad drachm. jv.*
Agni Caſti ſemen in ſubſtantia.
Claudinus. *ad ſcrup. j.* *ad ſcrup. ij.* *ad drachm. j.*
Agrimonium, & conſimiles herbæ recentes in decocto.
Chriſtianus. *ad manip. j.* *ad manip. ij.* *ad manip. iij.*
Agrimonii ſuccus defæcatus.
Geoffroy. *ad unciam iß.* *ad uncias iij.* *ad uncias jv.*
Album Græcum pulveriſatum, ideſt ſtercus Canis oſſa devorantis.
Lemery. *a ſcrup. ß. ad j.* *a ſcrup. ij. ad drachm. j.* *ad ſcrup. jv.*
Alcis ungula raſa, & pulveriſata.
Barchuſen. *ut ſuperius.* *ad drachm. ſemis.* *ad drachm. j.*
Alchimilla umbræ ſiccata, & pulveriſata.
Chriſtianus. *ad drachm. ſemis.* *ad drachm. j.* *ad drachm. ij.*
Geoffroy. *ut vulnerarium adſtringens.* *ad drachm. j.*
Alchimilla ut ſupra in infuſo.
Barchuſen. *manip. ſemis.* *manip. j.* *manip. iſſ.*
Alchimillæ ſuccus defæcatus, & ſimilium herbarum.
Geoffroy. *ad unciam iß.* *ad uncias iij.* *ad uncias jv.*
Alkekengi fructus in decocto.
Mullerus. *ad pugil. j.* *ad pugil. ij.* *ad pugil. iij.*
Alkekengi fructus in pulver. redacti.
Chriſtianus. *ad ſcrup. j.* *ad ſcrup. ij.* *ad drachm. j.*
Alkekengi ſuccus expreſſus, & depuratus.
Geoffroy. *ad drachm. ij.* *ad unciam ſemis.* *ad unciam j.*
Allium in infuſo.
Paullus. *bulbi pars n. j.* *n. ij. ad iij.* *uſque ad jv.*
Geoffroy. *ad aliquam bulbi partem uſque ad tertiam bulbi partem.*
Allij ſuccus percolatus per chartam bibulum.
Paullus. *quantum ex bulbo uno mediocri contuſo exprimitur pro adulta ætate.*

Aloes

Aloes selectior succotrina, vel hepatica pro purgante.
Bateus. ad *scrup. j.* ad *drachm. j.* ad *duas.*
Dele-Boe, Sylvius. ad *drach. ß.* ad *drachm. j.* ad *duas.*
Junckerus. *pro epicratico remedio.*
ad *gran. j. ad iij.* ad *gran. xv.* ad *scrup. j.*
Payr in sua usuali praxi. gran. j. gran. xv. ad *drachm. ß.*
Cartheuser per epicrasim ad gran. xv. usque.
Auctor idem in clysteribus abstergentibus, laxantibus, anthelminticis, immo non nunquam in vulneribus putridis inspergit, vel frequentius sub forma liquida applicat, & præ ceteris ad precavenda a corruptione cadavera adhibet.
Praxis in Enemate. ad *scrup. j.* ad *drachm. ij.* ad *iij.*
Aloes selectior pro deobstruente quotidie, pro speciali purgante, & per epicrasim.
Paullus. ad *gran. vj.* ad *scrup. ß.* ad *scrup. j.*
Junckerus. ad *gran. ij. vel iij.* ad *gran. x.* ad *scrup. j.*
Altheæ radix in substantia.
Barcusen. a *scrup. ß. ad j.* ad *drachm. semis.* ad *j.*
Altheæ radix recens in decocto pro alterante bis, vel ter quotidie cum tantillo Sacchari.
Praxis. ad *unicam ß.* ad *unciam j.* ad *j. ß.*
Altheæ radix taleolatim secta, & siccata pro decocto pluries in die utendo.
Eadem. ad *drachm. j.* ad *drachm. ij.* ad *unciam ß.*
Altheæ flores, & Malvæ, consimilesque in infuso.
Christianus. *pugil. j.* *pugil. ij.* *pugil. iij.*
Altheæ semen in decocto, & similia semina.
Praxis. *pugil. j.* *pugil. ij.* ad *unciam ß.*
Alumen rupeum pro diuretico.
Boerhaave. ——— ——— ad *drachm. j.*
Alumen rupeum crudum in substantia ad febres intermittentes profligandas.
Allen. ——— ad *scrup. j. cum conserva Rosarum.*
Barchusen. ad *gran. ij.* ad *gran. xij.* ad *scrup. j.*
Ambra grisea.
Tencke. ad *gran. j.* ad *gran. ij.* ad *gran. iij.*
Payr. ad *gran. semis.* ad *gran. v.* ad *gran. x.*
Colleg. Bonon. ad *grav. j.* ad *gran. vj.* *usque.*
Ameos in substantia.
Christianus. ad *scrup. j.* ad *scrup. ij.* ad *drachm. j.*
Ammomum pulverizatum.
Idem. ad *supradictas doses Ameos.*
Ammoniacum Gummi in lacryma pulveriz.
Schroderus. ad *scrup. j.* ad *scrup. ij.* ad *drachm. j.*
Geoffroy. ad *scrup. ß.* ad *drachm. ß.* ad *drachm. j.*
Praxis. ad *gran. jv. ad v.* ad *scrup. j.* ad *drachm. ß.*
quia magis stimulat, & tussim excitat.
Amygdalæ dulces decorticatæ in emulsione pro alterante pluries in die.
Eadem. *n. viij. ad x.* *n. xv. ad xx.* *n. xxx.*
Amygdalæ amaræ ad comedendum jejuno stomacho.
Eadem. *n. ij. ad iij.* *n. vj. ad viij.* *n. x. ad xij.*
Amylum pulverizatum.
Christianus cum Barchusen. scrup. ß. ad *scrup. j.* ad *drachm. ß.*
Anagallis recens in infuso.
Idem. ad *manip. j.* ad *manip. ij.* ad *manip. iij.*

Anagallidis succus, ut ars docet, defæcatus.
Geoffroy. ——— *ad uncias tres ad uncias jv. ter in die.*
Anagallidis folia in umbra siccata.
Barchusen. *manip. ß.* *manip. j.* *manip. iß.*
Anethi semen pulverizatum.
Geoffroy. *ad scrup. j.* *ad scrup. ij.* *ad drachm. j.*
Anethi semen pro emetico.
Dele Boe, Sylvius. ad drachm. j. *ad drachm. ij.* *ad drachm. iij.*
Boerhaavius. *ad drachm. j.* *ad drachm. ij.* *ad unicam ß.*
Anethi flores pro emetico.
Dele Boe, Sylvius. ad drachm. j. *ad drachm. ij.* *ad drachm. iij.*
Angelicæ Boemiæ, & Angliæ radix in substantia.
Paullus. *ad scrup. ß. ad j.* *ad drachm. ß.* *ad drachm. j.*
Angelicæ ut supra in infuso, & in decocto.
Christianus. *ad drachm. ß.* *ad drachm. j.* *ad drachm. ji.*
Angelicæ nostratis radix in infuso, vel decocto.
Praxis. *ad drachm. j.* *ad drachm. ij.* *ad unciam ß.*
Anisum in infuso ad instar Theæ.
Eadem. *ad drachm. ß.* *ad drachm. j.* *ad drachm. ij., & ultra.*
Anisum in substantia.
Christianus. *ad scrup. j.* *ad scrup. ij.* *ad drachm. j.*
Claudinus. *ad drachm. ß.* *ad drachm. j.* *ad drachm. ij.*
Anisum pro correctivo, & aromatizante in potionibus.
Praxis. *ad scrup. j.* *ad drachm. ß.* *ad drachm.*
Anisum Chinæ, seu semen Badian in infuso.
Nonnulli. ——— *ut Thea, aut Coffe adhibetur.*
Geoffroy. *Liquoribus permiscetur ad gratiam, & sic etiam pulveribus praxis me docuit.*
Anisum Chinæ in substantia pro anticolico.
Praxis. *ad scrup. ß.* *ad scrup. j.* *ad drachm. ß.*
Anseris cuticula pedum siccata, & pulverizata.
Schroderus. ——— ——— *ad drachm. ß.*
Anthoræ radix pulveriz. ad vermes enecandos, & in febribus malignis iis præsertim, quæ a viscida colluvie intestinis congesta oriuntur, quæ quidem, ut plurimum, verminosæ cernuntur.
Geoffroy. *ad scrup. j.* *ad scrup. ij.* *ad drachm. j.*
Antimonium contusum in nodulo linteo involutum pro decocto
Praxis. *ad drachm. ij.* *ad unciam ß.* *ad unam.*
quotidie in dosi præscripta renovetur, nec mos eorum servandus, qui eo, jam ebullito, iterum, at sæpius utuntur, quod de lapide Pumicis præceptum intelligatur.
Antimonium pulverizatum pro emetico.
Lemery. *ad scrup. ß.* *ad scrup. j.* *ad drachm. j.*
Antimonium pulverizatum, & porphyrizatum quotidie exhibendum.
Praxis Bononiens. ad gran. jv. ad x. ad gran. xviij. *ad scrup. j. sub forma boli receptum cum succo concreto Cicoreæ sylvestris, vel de Fumaria per longum tempus.*
Geoffroy. *ad scrup. ß.* *ad scrup. j.* *ad drach. ij.*
Cartheuser. *ad gran. vj.* *ad scrup. j. & ultra.*
Paullus Ermandus cum Leonardo a Capua. scrup. j. *ad drachm. ij.*

Anti-

Antimonii minera contusa pro decoctis, ut Antimonium utitur, ita nobis pluries praxis demonstravit.

Thomæ Donzelli ex monitis ultimæ edit. 1743. habentur hæc. Diaphoretica Antimonialia cum Saccharo, Vino, Cremore tartari, & acidis commixtis, sicque ægrotanti cuipiam exhibita, solent non nunquam vomitum, cardialgiamve ciere: qualia symptomata neutiquam antimonialibus solum, sed additamentis, nec non in iis acido in primis viis abundantibus adscribenda.

Eadem debent animadverti in mercurialium exhibitione: sic & Antimonium crudum in substantia ad drachmam usque sumptum, nec secessum, nec vomitum excitabit; si augeatur vero dosis, quod monuimus, accidere solet.

Tandem prætereundum non censeo, quod boni ab istis vomitibus percipiatur; Recipiatur autem anaticum pondus Antimonii, Saccharique cryftallizati ad morsulos conficiendos, tunc ex usu ejusmodi symptomata non raro exoriuntur: tunc ergo hi morsuli valde utiles iis, qui morbo cronico laborant; leviter enim humorem peccantem educunt, obstructionesque viscerum tollunt, si quotidie usque ad drachmam unam sumantur.

Aparinæ succus depuratus.

Geoffroy.	*ad unciam ß.*	*ad unciam. j.*	*ad uncias ij.*

Apes siccatæ, & in pulverem redactæ.

Allen. *sufficiunt ut plurimum n. iij.*

Apii succus defæcatus.

Geoffroy.	*ad uncias ij.*	*ad uncias iij. ad jv.*	*ad uncias vj.*

Apii radix incisa, & exsiccata pro decocto.

Christianus.	*ad unciam ß.*	*ad unciam j.*	*ad uncias ij.*

Apii semen in infuso.

Praxis.	*ad drachm. ß.*	*ad drachm. j.*	*ad drachm. ij.*

Aquæ frigidæ communis in febribus malignis coliquativis Cyrilli Mantissa methodum exhibet, ac usum satis explicatum, & egregie accomodatum praxi.

Aquilegiæ semen in substantia.

Paullus.	———————	*ad drachm. semis.*	*ad drachm. j.*

Argentinæ succus expressus, & s. a. depuratus.

Geoffroy.	*ad uncias ij.*	*ad uncias iv.*	*ad uncias vi.*

Argentinæ semen in infuso, & consimilium herbarum.

Praxis. *ut Apij semen.*

Argentum vivum. v. Mercurius vivus.

Ari Radix sive siccata, sive recens incisa per intus sumpta.

Geoffroy.	*ad drachm. ß.*	*ad drachm. j.*	*ad scrup. iv.*

Ari Radix in taleolas secta recens, & in melle excepta.

Idem.	*ad drachm. j.*	*ad drachm. iß.*	*ad drachm. ij.*

Aristolochiæ longæ radix, & rotundæ in substantia.

Christianus.	*ad scrup. j.*	*ad drachm. ß.*	*ad scrup. ij.*

Aristolochiæ prædictæ pp. in infuso, vel in decocto siccatæ.

Idem.	*ad drachm. ß.*	*ad drachm. j.*	*ad drachm. ij.*

Artemisia, & similes herbæ pro decocto.

Barchusen.	*manip. ß.*	*manip. j.*	*ad manip. iß.*

Arundinis Radix recens incisa in decocto.

Christianus.	*ad unciam ß.*	*ad unciam j.*	*ad uncias ij.*

Arundinis Radix pp. & siccata pro decocto.

Praxis.	*ad drachm. ij.*	*ad unicam ß.*	*ad unciam j.*

Asari Radix pul. pro emetico cum vino, vel jusculo.
Junckerus cum Lemery. ad scrup. ß. ad drachm. ß. ad drachm. j.
Dele Boe, Sylvius. ad scrup. j. ad scrup. ij. ad scrup. jv.
Sanctorius. Exhibebat Ipse radicem Asari s. p. in adultis per quatuor, vel quinque dies mirabili cum effectu in febribus tertianis. ad drachm. ij.

Asari Radix in infuso, & decocto in aqua.
Lemery. ad drachm. ß. ad drachm. j. ad drachm. ij.
Folia Asari pro usu externo contusa, & stercore vaccino mixta, factoque cataplasmate, admoveatur parti affectæ ex arthritico dolore.

Asaria folia in vino infusa.
VVedelius. n. ij. ad iij. n. v. ad vj. n. viij. ad jx.
Asari folia, VVedelio observante, radicibus violentius purgant.

Asari folia contusa, & addito liquore apto succus exprimatur, atque exhibeatur.
Dele Boe, Sylvius. —— ——. n. jv. ad vij. vel plura. n. viij. pro ut majora, vel minora.

Asari folia sive pulverizata, sive in infuso.
Boerhaave. n. ij. ad iij. n. v. n. x.
Asarum in vino retinet vim vomitatoriam, & catharticam, si vero decoquatur in aqua, a qua ejus pars sulphurea solvi nequit, vis emetica, & cathartica perit, & rite administratum decoctum fit diaphoreticum in morbis cronicis, & febribus intermittentibus præscribendum, sic Helvetius, & Turnefortius.

Assa fœtida in substantia.
Geoffroy. ad gran. xv. ad drachm. ß. ad drachm. j. ad ij.
Cartheuser. a gran. aliquot. ad scrup. j. ad drachm. j. usque.

Assa dulcis, vide Benzoes officinarum.

Asellorum, seu Millepedum succus cum vino exceptus.
Jantkius. —— —— ——. Cochleatim. —— —— ——

Aselli, seu Millepedes viventes in nodulo linteo involuti pro decocto.
Praxis. ad n. viij. ad n. xv. ad n. xx. & ultra.

Aselli præparati, ac pulverizati secundum Mynsichtum.
Capellus. ad scrup. j. ad scrup. ij. ad drachm. j.
Sennertus. ut supra. ad drachm. j. ad scrup. jv.
Payr. ad gran. v. ad x. ad scrup. j. ad drachm. ß.

Asini stercus, ex quo exprimitur succus ad fluxum sistendum utherinum, cum per injectionem, cum per intus exhibetur sic.
Practici nonnulli insignes, ut Pigotius senior. —— ——. ad uncias jv.

Asparagorum radices recentes pp. in decocto.
Praxis. —— ——. ut Arundinis radix. —— —— ——
Christianus. ad unciam ß. ad unciam j. ad uncias duas.

Aspidorum caro, hepar, cor siccata, & pulverizata.
Lemery. —— —— ——. ad scrup. ß. ad drachm. ß.

Atriplicis radix, & semen pro emetico.
Semen autem Atriplicis. ad drachm. ij. ad drachm. iij.
Dele Boe, Sylvius. —— —— ——. ad scrup. ij. ad scrup. jv.

Atriplicis radicis succus pro emetico.
Boerhaave. —— —— —— —— —— ——. ad scrup. j.

Avellanæ jejuno stomacho esæ, ut præservativum a calculis.
Lemery. —— —— ——. ad n. ij. usque ad n. x.

Avellanarum Cinis.
Mullerus. ad scrup. j. ad scrup. ij. ad drachm. j.

Avenæ albæ farina pro pulmentis quotidie conficiendis.
Praxis. ad drachm. ij. ad unciam ß. ad unciam iß. usque.

Auran-

Aurantiorum cortex pulverizata.
Barchusen. *ad scrup. ſs. ad j.* *ad drachm. ſs.* *ad drachm. j.*
Aurantiorum cortex in decoctione.
Christianus. *ad drachm. j.* *ad drachm. ij.* *ad unciam ſs.*
Aurantiorum cortex aliquanto adhuc subviridis in decocto.
Septalius. *Cortex unius aurantii incisus excoquatur in unciis xxviij. aquæ fontis ad duarum partium consumptionem; colatura Sacchаro edulcoretur; mane fiat potio.*
Aurantiorum extrinseca flavedo pulverizata; illa est anteponenda, quæ a cortice scinditur florentino, magis enim odorosa, & aromatica.
Praxis. *ad gran. xij.* *ad scrup. iſs.* *ad drachm. j.*
Aurantiorum acidorum succus pro potionibus acidulandis pro potu ordinario.
Geoffroy. *ad unciam ſs.* *ad unciam j.* *ad uncias duas.*
Autum crudum subtilissime limatum.
Hoffmannus. *ad scrup. ſs.* *ad gran. xv.* *ad scrup. j.*

A
COMPOSITORUM, AC PRÆPARATORUM THERAPEUTICÆ
D O S E S.

ACeta infusa, & distillata.
Christianus. *ad unciam ſs.* *ad drachm. vj.* *ad unciam j.*
Acetum distillatum.
Capellus. *ad drachm. j.* *ad drachm. ij.* *ad drachm. jv.*
Acetum distillatum diu asservari nequit, quia tractu temporis fit vapidum, & inutile, ut ex experientia constat, unde recens semper utendum est, vel pro eo Acetum in vase vitreo evaporatorio detentum ad quartæ partis consumptionem, quod iisdem gaudebit viribus, ac illud recenter distillatum.
Boerhaave. *In ardentium Febrium immanitate, in Variolis, Peste, in Febribus acutis.* *ad unciam j. in adultis.*
Acetum rosatum.
Junckerus. *supradictas assignat doses Aceti distillati.*
Acetum Saturni, vide Sal Saturni.
Acetum scilliticum.
Colleg. Bonon. — — — *ad unciam ſs.* *ad unciam j.*
Junckerus. *ad drachm. j.* *ad drachm. ij.* *ad unciam ſs.*
Payr cum aquis distillatis. *ad scrup. ſs.* *ad drachm. ij.* *ad unciam ſs.*
Cartheuser. — — — *a drachma j. usque ad unciam j.*
Geoffroy. *ad unciam ſs. usque ad uncias tres ascendit.*
Acetum solutivum.
Capellus. *ad unciam ſs.* *ad unciam j.* *ad uncias ij.*

Ace-

Acetum Bezoarticum.			
Payr.	*ad ſcrup. ß.*	*ad drachm. ij.*	*ad unciam ß.*
Aceta varia.			
Payr.	*in uſuali ejus praxi ad ſcrup. ß.*		
Acetum Scordii per infuſionem ad ſudorem eliminandum.			
Geoffroy.	—— —— ——	*ad uncias jv.*	*ad uncias vj.*
Acetum theriacale.			
Junckerus, & Payr.	*a drachm. j.*	*ad drachm. ij.*	*ad unciam ß.*
Acetum therebintinæ, quod a nonnullis ſpiritus therebintinæ dicitur.			
Lemery.	*ad gutt. jv.*	*ad gutt. viij.*	*ad gutt. xij.*
Praxis.	—— —— ——	*ad gratam aciditatem.*	
Acidum Citri julebizatum: vulgo, Agro di Cedro.			
Praxis.	*ad unciam ß.*	*ad unciam ſ.*	*ad uncias ij.*
	pluries in die repeti poteſt.		
Acidum Tartari pulverizatum.			
Chriſtianus.	*ad gran. vj.*	*ad ſcrup. ß.*	*ad ſcrup. j.*
Aethiops antimonialis.			
Schulzius.	*ad gran. v. & ultra.*	*ad ſcrup. j.*	*ad drachm. ß. & ultra.*
Aethiops mineralis.			
Geoffroy.	*ad gran. xv.*	*ad drachm. ß.*	*ad ſcrup. ij.*
Schulzius.	*a gran. v. ad x.*	*ad ſcrup. j.*	*ad drachm. ß.*
Lob.	—— —— ——	*In adultis uſque ad drachm. ij.*	
T. Donzellus.	—— —— ——	*a ſcrup. j.*	*ad ſcrup. ij.*

Uſus dicti æthiopis vim ejus propriam diaphoreticam monſtrat.

Praxis tandem nos docuit, æthiopis mineralis repetitas doſes abundantes ſalivationem promovere.

Aethiops medicinalis Plummerii.			
James.	—— —— ——	*a granis vij ad viij. bis in die.*	

Aethiops vegetabilis, ſive Opium aſſatum, qui difficillime, ideo a paucis tantummodo rite paratur.

Praxis. Quoad rite paratum. ad gr. iſſ. ad gr. iij. ad jv. & parum ultra.

Illo vero qui ad medietatis, ſive ponderis conſumptionem in aſſatione communiter paratur.

Hoffmannus.	*gr. iij. gr. jv. vj.*	*ad ſcrup. ß. ad j.*	*ad drachm. ß.*
Capellus.	*ad gran. jv.*	*ad ſcrup. ß.*	*ad ſcrup. j.*

Ethiopem hunc ita paratum fruſtra ſemper exhibere vidi.

Praxis locorum docebit Medicos æthiopis doſim.

Agaricus trochiſcatus.			
Lemery.	*ad ſcrup. j.*	*ad ſcrup. ij.*	*ad drachm. j.*
Payr.	*ut ſupra.*	*ad drachm. j.*	*ad drachm. ij.*

Quod ad crudum ſimplicem Agaricum attinet, ille rariſſime in pulverem exhibetur, quoniam in actu aſſumptionis maximam excitat nauſeam, ac multa ventris tormina promovet.

Alckol Vini Boerhaave. Ex ipſo Boerhaavio venenum eſt per os ſumptum.

Allium, ſeu bulbuli unius plantæ Saccharo incruſtati.			
Paullus.	—— —— ——	*ad n. ß.*	*ad n. unum.*
Alumen dulce.			
Bateus.	*ad gran. jv.*	*ad gran. viij.*	*ad ſcrup. j.*
T. Donzellus.	—— —— ——	—— —— ——	*ad ſcrup. ß.*
Alumen tinctum.			
Barchuſen.	*a gran. vj.*	*ad gran. xij.*	*ad ſcrup. j.*
Payr.	—— —— ——	—— —— ——	*ad drachm. ß.*

Alu-

Alumen Saccharinum.
Idem Barch. a gran. jv. ad gran. xij. ad ſcrup. j.
Payr. ad gran. v. ad gran. xv. ad drachm. ß.
Aloes lota, & pp.
Rulandus. ad ſcrup. ß. ad drachm. ß. ad drachm. j.
Payr. a gran. j. ad gran. xv. ad drachm. ß.
Aloes roſata Hieronymi ab Aquapendente.
Schroderus. ad ſcrup. j. ad drachm. j. ad drachm. ijß.
Payr. a gran. v. ad gran. xv. ad drachm. ß.
Aloes violata.
Payr. a gran. j. ad gran. xv. & ut ſuperius d.
Anodinum minerale.
Schulzius. ad gran. x. ad gran. xx. & ultra.
Anodinum ſtibiatum, ſive nitrum ſtibiatum una cum vehiculis in morbis apropriatis præſcribitur in aqua ſolutum.
T. Donzellus. —— —— —— —— —— —— *ad drachm. j.*
Antidotus convulſiva Norimbergenſium.
Fraundorffer. ad drachm. ß. ad drachm. j. ad drachm. ij.
Antihecticum Poterii, ſeu Diaphoreticum Joviale.
Lemery. ad gran. x. ad ſcrup. j. ad ſcrup. ij.
Geoffroy. ad ſcrup. ß. ad ſcrup. j. & ultra. ad drachm. j. in feb. hecticis, tabe, phtyſi, & Sanguinis expuitione.
Antimonium diaphoreticum.
Chriſtianus. ad ſcrup. ß. ad unum. ad unum, & ſemis.
Barchuſen. ad gran. vj. ad ſcrup. j. ad ſcrup. ij.
Junckerus. a gran. x. ad drachm. ß. ad drachm. j.
Antimonium diagridiatum, v. pul. Comitis Varv.
Antimonium diaphoreticum martiatum album.
Payr. ad ſcrup. ß. a gr. xv. ad drach. ß. ad drachm. j.
Antimonium Cacheticum Lodovic.
Idem. ad ſcrup. ß. ut ſupra. ad ſcrup. iij.
Antimonium diaphoreticum nitratum.
Boerhaavius. ad drachm. ſemis. Ait Auctor: in hac doſi vix producit effectum ſenſibilem.
Antimonii hepar in vino infuſum, dein filtratum.
Hartmannus. —— —— —— *gran. vj. uſque ad grana xij.*
Antimonii hepar in aqua pluries lotum, deinde per ſubſidentiam a dicta aqua exſiccatum.
Lemery. ad gran. ij. ad gran. v. ad gran. viij.
Antimonium hyacinthinum pulverizatum.
Idem. —— —— —— *ad gran. ij. ad jv. gran. v. ad gran. vj.*
Capellus. ad gran. j. ad gran. iij. ad gran. vj.
Junckerus. —— —— —— *ad gran. jv. ad gran. viiij.*
Antimonium hyacinthinum ceratum adverſus Dyarrhæas, & Diſſenterias contumaces.
James. Doſis ordinaria in adultis eſt gran. x. ad xij. ſed generaliter incipitur a granis vj. augendo deinde doſim.
In adulto robuſtiore ad ſcrupulum unum, & operabat.
Sæpeſæpius in adulto grana tantum x. agunt in morbi principio, ut grana xx. agunt in fine.
Interdum nauſeam, & vomitum remedium hocce promovet: fere ſemper purgat.
Author. Remedium hoc, ob ejus operationis aſperitatem valde metuendum eſt, quotieſcumque nobis a Profeſſoribus quamplurimis effectus proficui, & com-

 men-

mendabiles ostendantur. Mihi quidem aridet Pringle sequentibus verbis. —— Ho sempre desiderato poter condurre in porto il paziente con una più innocente medicina.

A Geoffroy Vitrum habemus Antimonii hyacinthini multo magis emendatum, nec non in minori dosi.

Antimonium rubrum fixum.

Tenke.	*ad gran. j.*	*ad gran. ij.*	*ad gran. vj.*

Apes combustæ, & pulverizatæ.

Payr.	*ad scrup. ß.*	*ad scrup. j.*	*ad scrup. ij.*

Aquæ Abrotani distillatæ, vel Acaciæ florum, Acetosæ, Alchimillæ, Alckekengi, Anagalidis, Artimisiæ, Beccabungæ, Bellidis, Bursæ pastoris, Boraginis, Buglossæ, & similium Dosis.

Praxis.	*ad unicas ij.*	*ad uncias jv.*	*ad uncias vj.*
Payr.	*ad drachm. j.*	*ad unciam ß.*	*ad unciam j.*

Aqua Absinthii vulgaris distillata, & similes.

Geoffroy.	*ad unciam j.*	*ad tres.*	*ad quatuor.*

Aqua Agrimonii, & similes distillatæ.

Praxis.	*ad uncias iij.*	*ad sex.*	*ad libram unam.*

Aqua Animalis distillata.

Bateus.	*ad unciam j.*	*ad uncias ij.*	*ad uncias iij.*

Aqua Apopletica.

Lemery.	*ad drachm. j.*	*ad drachm. ij.*	*ad unciam ß.*

Aqua Apopletica Mynsicht bis quotidie.

Mynsicht.	*ad Cochleare dimidium.*	*ad unum.*	*ad cochlearia ij.*

Aqua Arquibuziata, seu vulneraria: unde Gallicum nomen, l'Eau d'Arquebusade.

Payr.	*ad drachm. j.*	*ad unciam ß.*	*ad unicam j.*

Si loco vini generosi adhibeatur spiritus vini, inservire debet tantum pro usu externo.

Aqua Baccharum Juniperi cum aquæ additamento.

Geoffroy.	*ad unciam iß.*	*ad uncias jv.*	*ad uncias vj.*

Aqua Baccharum Juniperi sine aquæ additamento.

Forestus.	*ad drachm. iß.*	*ad unciam ß.*	*ad unciam j.*

Aqua Balsamica.

Fuller.	*ad cochleare j.*	*ad cochlearia ij.*	*ad cochlearia iij.*

Aqua Belladonæ.

Matthiolus.	*ad drachm. ij.*	*ad unciam ß.*	*ad cochlearia iij.*

Aqua Benedicta Rulandi.

Schulzius cum Junckero.	*ad drachm. ij.*	*ad unciam ß.*	*ad unciam j.*
Dele-Boe, Sylvius cum VVedelio.	*ad unciam ß.*	*ad unciam j.*	*ad ij. usque.*

Aqua Benedicta ter in die usa per mensem, idest Aqua Calcis ex Calce sonante lib. j. & aquæ lib. viij. f. a. facta.

Bateus.	*ad unciam iß.*	*ad uncias tres.*	*ad uncias jv.*

Aqua Benedicta Hartmanni, idest infusio Antimonii &c.

Hartmannus.	*ad drachm. ij.*	*a tribus ad quatuor.*	*a quinque ad sex.*
Barchusen.	*ad scrup. ij.*	*ad drachm. ij.*	*ad unciam j.*

Aqua florum Camomillæ, Cardui Mariæ &c.

Payr.	*ad unciam j.*	*ad uncias iij.*	*ad uncias v.*

Aqua Centaureæ min. de Cherefoglio, ex toto Citro.

Idem.	*ad unciam j.*	*ut supra.*	*ad uncias vj.*

Aqua Endiviæ, Graminis, Florum Sambuci &c.

Idem.	*ut antea.*	*ad uncias iij.*	*ut superius.*

Aqua

Aqua Fœniculorum, Meliſſæ &c.

Idem. ad drachm. ij. ad unciam ß. ad uncias duas.

Aqua Farfaræ, Fragariæ &c.

Idem. ad unciam j. ad uncias iij. ad uncias vj.

Aqua Pæoniæ, Salviæ, Roriſmarini &c.

Praxis. — ad unciam iß. ad uncias tres. ad quatuor.

Aquæ duodecim cohobatæ a Paracelſo ut mirabiles deſcribuntur, necnon a Boerhaavio, ſcilicet Meliſſæ, Roriſmarini, Corticum Citrorum, & aliarum plantarum aromaticarum, & odoratarum, ſive Rutæ, Sabinæ, Abſinthii Romani, Baccharum Juniperi, & Florum Camomillæ, quæ ultima ad febres tertianas expellendas apta cernitur.

Opinio Paracelſi eſt in Aquis ita diſtillatis hoſpitari virtutem quamdam propriam, & ſpecificam humores noſtri corporis intime penetrantem: ita etiam cum Bono Iſaco Holando denique Boerhaavius; & ſane melancolicis, hypocondriacis, hyſtericis, chloroſi laborantibus, palpitationibus cordis obnoxiis, quoties mala hæcce a ſpirituum perturbato motu, potius quam a pravorum humorum mala colluvie pendent, tunc enarrata hic ſuperius remedia idonea recenſentur, quotieſcumque exhibeantur ubi conveniant.

Regulæ cohobationis aquarum odoratarum habentur in Antidotario Bonon. & aliæ quas non meminimus.

Iſtæ vero Aquæ ita cohobatæ fragrantiſſimæ ſunt, & ſi decies, vel duodecies denuo cohobentur; notandum tamen quod illæ, quæ inodoræ ſunt, & inſipidæ, non ſunt ita tractandæ, diſpendium enim, & elaboratio inutiles forent.

Aquarum cohobatarum ex herbis odoratis doſim denotat.

Praxis. ad unciam ß. — ad unciam j. ad unciam iß.

Aqua Calcis, v. Aqua Benedicta.

Aqua cephalica Auguſt.

Janthius. — — — ad aliquot cochlearia.

Aqua Ceraſorum nigrorum ſine fermentatione.

Chriſtianus. — ad uncias duas. ad tres. ad uncias ſex.

Aqua Ceraſorum nigrorum cum fermentatione.

Capellus. ad unciam ß. ad unciam j. ad uncias duas.

Aqua Cinnamomi cum vino facta.

Lemery. ad drachm. j. ad unciam ß. ad unciam j.

Aqua Cinnamomi cum vino, & aqua roſarum facta.

Praxis. cochleare ß. ad cochleare j. ad cochlearia ij.

Aqua Cinnamoni cordialis.

Schulzius. ad drachm. ij. ad drachm. vj. ad unc. j. & ultra.

Aqua Cinnamomi hordeata.

Capellus. ad unciam ß. ad unciam j. ad uncias ij.

Aqua, ſeu Lac Cinnamomi Neapolitanor.

Praxis Bonon. cochleare j. ad unciam j. ad unciam iß.

Aqua Cordialis Saxoniæ frigida.

Schulzius. ad unciam ß. ad unam. ad unciam iß.

Schroderus cum Mullero. ad unciam j. ad uncias ij. ad uncias iij.

Aquas cordialis temperata Saxoniæ.

Schulzius. — — — Cochleatim. — — —

Aqua Cordialis Claudini.

Colleg. Bonon. antiq. ad unciam j. ad uncias ij. ad uncias tres.

Aqua com. in qua expreſſ. ſint aurantia acida, & abluta cum cortice ad gratam aciditatem, & jucundum odorem.

Praxis. — — — quantum lubet. — — —

Aqua Dominarum distillata.
Mynsicht. *cochl. j.* *cochl. ij.* *ad cochl. iij.*
Aqua Epileptica ejusdem Authoris.
Idem. *ad cochl. ß.* *ad cochl. ij.* *ad cochl. iij.*
Aqua Epileptica Langii.
Lemery. *ad drachm. ij.* *ad unciam ß.* *ad unciam j.*
Janthius. —— —— —— *ad aliquot cochlearia.*
Payr. *ad drachm. j.* *ad ij. usq. ad jv.* *ad unciam iß.*
Aqua Majoranæ, Marubii albi, Nasturcii aquatici, Nympheæ, Ononidis, Papaveris rhead. florum Persicorum.
Payr. *ad unciam ß.* *ad uncias duas.* *ad uncias jv.*
Aqua Petrosellini, Flor. Pæoniæ, & Primulæ Veris &c.
Idem. *ad doses easdem.*
Aqua Pulegii.
Idem. *ad drachm. ij.* *ad unciam ß.* *ad uncias ij.*
Aqua florum Aurantiorum.
Lemery. *ut supra.* *ad unciam ß.* *ad unciam j.*
Aqua florum Camomillæ, & similium florum.
T. Donzellus. *ad Cyathi tertiam partem.* *ad Cyath. mediet.* *ad Cyath. unum.*
Aqua florum Liliorum convallium.
Schulzius. *ad drachm. ij.* *ad unciam ß.* *ad unam.*
Geoffroy. *ad unciam j.* *ad duas.* *ad quatuor.*
Aqua florum omnium.
Schulzius. *ut superius assignavit Geoffroy.*
Aquæ fortis exploratio.
Unciis duabus Aquæ fortis indo granum unum Argenti purissimi, si mox integre solvitur, ut liquor evadat limpidus, tunc aqua fortis bona est, & sincera, sed si non solvitur, & turbatur tantum, aqua fortis sincera non est: ita explorata aqua vocatur Docimastris.
Aqua Polygoni.
Geoffroy. *ad uncias jv.* *ad uncia vj.* *ad uncias viij.*
Boerhaave Ch. T. 2. ubi de aquis distill. simpl. pag. 69. Aquæ distillatæ Plantarum adstringentium, alentium, antalcalinarum, antisepticarum, consolidantium, demulcentium, emollientium, farinosarum, gelatinosarum, refrigerantium, stipticarum inutiles esse assignat. Vires harum in arte medica aquis distillatis nunquam communicari queunt, sed quærendæ in tota plantæ compage, vel in parte earumdem fixiore.
Gherli de med. posit. ad petram p. m. 38. de aqua Scorzeneræ distillata pariter ait esse inutilem, & vanam.
Aqua florum Tiliæ.
Lemery. *ad unciam j.* *ad uncias ij.* *ad tres, & quatuor.*
Donzellus. *Lactantibus vix natis cochleare dimidium.*
Aqua Fragariæ pro alterante.
Geoffroy. *ad unciam ß.* *ad unam.* *ad unam, & semis.*
Aqua Fumariæ, Galegæ, Graminis.
Payr. *ad unciam j.* *ad uncias iij.* *ad sex.*
Aqua Hederæ terrestris.
Idem. *ad drachm. ij.* *ad unciam j.* *ad uncias tres.*
Aqua Hyssopi.
Idem. *doses ut supra.*
Aqua Levistici.
Idem. *ad drachm. ij.* *ad unciam ß.* *ad unciam j.*

Aqua

Aqua Maceris.
Idem. *ad drachm. j.* *ad drachm. ij.* *ad unciam ß.*
Aqua contra Gonnorrhæam usitatissima.
Quercetanus. ———— *cochlearia duo per aliquot dies.*
Aqua Lavendulæ.
Janthius. ———— *ad aliquot cochlearia,*
Aqua Milissæ compositæ.
Lemery. *ad drachm. ij.* *ad unciam ß.* *ad unciam j.*
Aqua Milissæ citratæ.
Payr. *ad unciam j.* *ad duas.* *ad quatuor.*
Aqua Milissæ citratæ cum vino.
Idem. *ad drachm. j.* *ad duas.* *ad unciam ß.*
Aqua fructuum Fragariæ.
Idem. *ad unciam j.* *ad iij.* *ad uncias v.*
Aqua Menthæ cum vino extracta.
Idem. *ad drachm. j.* *ad drachm. ij.* *ad unciam ß.*
Aqua Nicotianæ.
Idem. *ad drachm. ij.* *ad unciam ß,* *ad unam.*
Aqua mercurialis facta per decoctionem Mercurii in aqua fontis, vel per longam exagitationem Mercurii in dicta aqua, quæ tandem per decantationem a Mercurio separatatur ad usum.
Praxis. *utitur ad lubitum cum felici eventu.*
Aqua Mulsa per coctionem.
Eadem. *Sæpe adhibetur pro lambitivo.*
Aqua Nucum viridium, seu e tribus nucibus.
Geoffroy, & Lemery pro diaphoretico. ad unciam j. ad jv. *ad uncias sex.*
Aqua hysterica Quercetani.
Quercetanus. ———— *cochleare unum mane.*
Hæc Aqua ad unciam exhibita mane ventriculo vacuo mirabilis semper fuit adversus uterinos affectus etiam spasmodicos; mirumque in modum commendatur a nonnullis ad utheri præfocationes, ad lochia præstolare, utherum ipsum a corporibus eterogeneii abstergere.
Aqua Olivarum distillata.
Geoffroy. ———— *ad cyathum cumulatum.*
Aqua Panis distillata.
T. Donzellus. *ad uncias ij.* *ad uncias tres.* *ad uncias jv.*
Aqua Panis Ernesti.
Idem. *ad cochl. ß.* *ad unum.* *ad duo.*
Aqua radix Pæoniæ.
Christianus cum Geoffroy. ad uncias ij. ad uncias iij. ad jv. ad uncias vj.
Junckerus. In decocto vis ejus manet, in aqua distillata deficit, & ita Boerhaavius affirmat.
Aqua Ranarum B. M. sine ulla additione &c.
Poterius. *ad unciam j.* *ad uncias ij.* *ad uncias iij.*
Aqua Reginæ Hunghariæ.
Schulzius. ———— *ad drachm. ß.* *ad drachm. j.*
Geoffroy. *in aquæ Cyatho.* *ad drachm. j.* *ad drachm, ij.*
Capellus, & Lemery. scrup. ß. ad ijß. ad drachm. j. *ad ij.*
Aqua Raphani rusticani.
Geoffroy. ———— *ad uncias iij.* *ad uncias jv.*
Aqua Rosarum pallidaram.
Lemery. *ad unciam j.* *ad duas, vel tres.* *ad quatuor.*

Aqua

Aqua Roſarum muſchatarum pro purgante.
Geoffroy. *ad uncias tres, ad uncias vj. ad uncias viij.*
Aqua Sabinæ.
Donzellus. *ad unciam j. ad ij. ad uncias tres.*
Geoffroy. ———— *ad unciam ſs. ad uncias duas.*
Aqua ſcorbutica Sydenhamii.
Fraundorffer. *cochl. j. ad cochl. jv. ad cochl. vj.*
Aquæ ſimplices diſtillatæ uti Cichoreæ, Malvæ &c.
Chriſtianus. *ad uncias ij. ad uncias iij. ad vj.*
Praxis. *ad uncias pluries in die. ad libras plures ſi diſpendium non diſpliceat quotidianum.*
Aquæ ſimplices ſpirituoſæ diſtillatæ.
Schulzius. *cochl. ſs. ad cochlear. j. ad unciam j.*
Aqua ſtiptica Nicolai Lemery.
Capellus. *ad drachm. ſs. ad drachm. j. ad duas.*
Aqua ex ſuccis plantarum diſtill.
Praxis. *ad unciam j. ad ij. a ij. ad iij. a iij. ad iv. etiam bis quot.*
Aqua Scordii.
Geoffroy. *ad uncias ij. ad uncias iij. ad uncias vj.*
Aqua Sedi majoris.
Idem. *ad uncias ij. ut ſupra. ut dictum eſt ſup.*
Aqua theriacalis Quercetani.
Quercetanus. ———— *ex parvo cochleari argenteo.*
Aqua theriacalis Lemery.
Author. *ad drach. j. ad drach. iij. ad ſex uſque.*
Aqua theriacalis Petri Salii uſitatiſſima.
Donzellus. *ad drachm. ij. ad unciam ſs. ad j. & ultra.*
Praxis. *ad unciam j. ad ij. ad ſtomachi malam intemperiem.*
Aqua theriacalis ejuſdem Petri a Colleg. Bonon. aucta 12. Decemb. 1726. *circa doſim Theriacæ.*
Praxis. *ad unciam ſs. ad unciam j. ad unciam iſs.*
Aqua Sperniolæ, ideſt Spermatis Ranarum, ne fœteat, debet hoc recipi in triduo ante Novilunium Menſis Martii, & in B. M. ita per ſe diſtillata.
Donzellus in appendice Nicolai Ferrara Auliſti 1743.
Aquæ acidulæ, ut Aquæ thermales potulentæ.
Aquæ thermales potulentæ.
Claudinus. Archigenem imitantes præſcribimus harum aquarum bocale unum cum dimidio, & quoque etiam duo pro diverſitate virium conſtantiæ, ut paulatim doſim augentes ad duplam quantitatem pervenimus tandem, ſcilicet ad tria, vel quatuor bocalia; bocale autem unumquodque ex tribus libris, & aliquando quatuor conſtat. Nonnulli vero cum pervenerint ad duplam doſim, in eadem ſiſtunt ad finem uſque; tamen pauci ſunt, ut clare indicat experientia, qui uſque ad finem talem ſubire poſſint fluidi quantitatem, poſt enim quatuor, vel quinque dies incidere ſolent in vomitum, in labores, & anguſtias, conſultius idcirco erit paulatim retrocedendo ad priſtinam deſcendere doſim. Sumendæ ſunt actu calidæ, ſed ita, ut ne nimis caleant.
Aqua Cathartica.
Summa Bononiæ laude ad educendum humorem peccantem, ut ex praxi, optima exiſtimatur, commendaturque cum in dyarrhæis, tum in principiis diſentericis, nec non in theneſmo. Conficitur autem ex ſale cathartico amaro drachmis tribus -- ad drachmas ſex -- ad unciam unam, Aquæ communis calentis unc. xviij.

xviij. -- unc. xxx. ad unc. xxxvj. & Mellis rosat. solut. unc. j. -- unc. ij. unc. iij. pro tribus descriptis ætatibus. Ultima exposita dosis tantumodo adultos, robustioresque respicit. Exhibetur tepens ope cyathi mane stomacho jejuno in horæ semissæ spatio.

Aqua Tettucciana pro dicto scopo.			
Cl. Redi.	———	*ad uncias xxx.*	*ad uncias xi.*
Aqua Vitæ Mulierum.			
Scroderus.	———	*cochl. semis ad unum.*	
Aquila alba s. p. pro purgante.			
Donzellus.	*gran. vii.*	*gran. x. ad gr. xv.*	*gran. xx.*
Aquila cælestis pro ut supra.			
Hartmannus.	*ad gran. x.*	*ad gran. xx. ad xxx.*	*usque ad drachm. ß.*
Aquila imperialis.			
Beguinus.	*ad gran. iij.*	*ad gran. vj.*	*ad gran. x.*
Arcanum Corallinum, seu Mercurius præcipitatus ruber.			
Junckerus.	*ad gran. iß.*	*ad gran. iv.*	*ad gran. v.*
Bateus.	*ut supra.*	*ut supra.*	*ad gran. vj.*
Arcanum Corallinum Paracelsi.			
Bateus.	*ad gran. ij.*	*ad gran. jv.*	*ad gran. viij.*
Arcanum duplicatum.			
Christianus.	*ad scrup. ß.*	*ad scrup. j.*	*ad drachm. ß.*
Junckerus.	*ad scrup. j.*	*ad scrup. ij.*	*ad drachm. j.*
Arcanum duplicatum Mynsicht scopo purgandi.			
Schulzius.	*ad scrup. ß.*	*ad drachm. ß.*	*ad drach. j.*
Arcanum duplicatum Mynsicht.			
Mynsicht.	———	*ad scrup. j.*	*ad drachm. ß.*
Arcanum Joviale sudoriferum magnum.			
Bateus.	*ad gran. iij.*	*ad gran. vj.*	*ad gran. viij.*
Arcanum perlatum.			
Hartmannus.	*ad gran. viij.*	*ad gran. xv.*	*ad gran. xx.*
Arcanum Tartari.			
Mullerus.	———	*ad gran. j.*	———
Argentum catharticum. Vide Crystalli lunares.			
Argenti fini Magisterium.			
Christianus.	*ad gran. ij.*	*ad gran. v.*	*ad gran. vj.*
Arcanum potabile.			
Mynsicht.	*ad gutt. iij.*	*ad gutt. v.*	*ad gutt. x.*
Arsenicum dulce.			
Mangetus.	*ad gran. j. ad ij.*	*ad gran. v. ad vj.*	*a gran. vij. ad viij.*
Aselli præparati more Mynsicht, vel alio modo.			
Capellus.	*ad scrup. j.*	*ad scrup. ij.*	*ad drachm. j.*
Sennertus.	*ut supra.*	*ad drachm. j.*	*ad scrup. jv.*
Aurum Chartusianum.			
Allen.	*ad gran. j.*	*ad gran. ij.*	*ad gran. iij.*
Capellus.	———	———	*ad gran. v.*
Aurum fulminans, seu Crocus auri.			
Schulzius,	*ad gran. ij.*	*ad gran. jv.*	*ad gran. v.*
Junckerus.	*a gran. j. ad ij.*	*ad gran. vj.*	*ad gran. viij.*
Lancillottus.	———	*ad gran. jv. ad v. ad vj.*	

Jo. Hoffmannus. -- Infantibus aliquot hebdomad. præscribendum a gran. ij. ad iij. cum lacte, infantibus vero unius hebdom. tantum ad gran. j. cum gran. iij. Nitri purissimi.

Aurum

Aurum Medicorum.			
Lancillotus.	*ad gran. v.*	*ad scrup. ß.*	*ad scrup. j.*
Aurum Mosaicum.			
Bateus.	*ad gran. jv.*	*ad gran. x.*	*ad gran. xij.*
Aurum Musicum.			
Geoffroy.	*ad gran. x.*	*ad gran. xx.*	*ad gran. xxx.*
Aurum potabile.			
Mynsicht.	*ad gran. iij.*	*ad gran. v.*	*ad gran. viij.*
Aurum Vitæ.			
Bateus.	*ad gran. iij.*	*ad gran. vj.*	*ut supra.*
Schroderus.	*ad gran. jv.*	*a gran, viij. ad x.*	*ad gran. xij.*

B

SIMPLICIUM

Tum exoticorum, cum indigenorum

DOSES.

BAccaræ folia, seu Asari folia, & ejus radix.

Jam sub vocabulo Asari exposita non tantum fuere, verum eorum vires quo ad usum internum enumeratæ, nunc vero optimum censeo aliquid etiam de eorum usu externo exponere. Pulvis igitur foliorum Baccaræ surditati nonnumquam medetur notante Colbatch Medico Anglo in suo tentamine medico, modo in nares granum unum, vel alterum insufletur. De hujus novi irrhini efficacia jam diu expertus sum; unica enim hujus remedii dosis talem copiosum pituitæ fluxum excitavit, ut æger ab oris, & linguæ paralisi sanatus fuit; quapropter hoc remedii genus, tale scilicet capitipurgium contra capitis affectus diuturnos, & contumaces ex viscida, tenacique materia ortos, gravativosque dolores, paralysim, ac morbos soporosos tandem utiliter præscribi posse existimo, sic Auctor. Ego quidem in clarissima Muliere temperamenti plethorici lymphatici expertus sum, quæ per nares granum unum, antequam decubuisset, attraxit, cujus ope, post quietam noctem, mane e naribus, & per tres integros dies expurgationem sine ulla sternutatione obtinuit, propter quam, & gravativus capitis dolor, & surditas, atque in agendo tarditas omnino evanuerunt, sanitatemque perfectam aquisivit.

Baccæ Ebuli, sive Sambuci sylvestris pro hydragogo.			
Boerhaavius.	*Lactantibus ad scrup. j.*	*ad drachm. ij.*	*ad drachm. v.*
Baccarum Ebuli, sive Sambuci sylvestris succus.			
Idem.	*Lactantibus scrup. ß.*	*ad unciam ß.*	*ad unciam j.*
Baccæ Juniperi in infuso.			
Geoffroy.	*ad drachm. j.*	*ad drachm. ij.*	*ad manip. ß.*
Baccæ Myrtillorum in substantia.			
Christianus.	*ad scrup. j.*	*ad scrup. ij.*	*ad drachm. j.*

Baccæ

Baccæ Myrtillorum in infuſo.
Praxis. *ad num. x.* *ad num. xx.* *ad num. xxx.*
Baccæ, vel Nuces Cupreſſi in decocto.
Eadem. *ad drachm. j.* *ad drachm. ij.* *ad unciam ß.*
Baccæ Cupreſſi pul. cum vino pro antifebrile.
Lemery. — — — *ad drachm. ß.* *quarta quaque hora.*
Janthius. *ad drachm. ß.* *ad drachm. j.* *ad drachm. ij.*
Baccarum Sambuci ſuccus, qui in Rob Sambuci vertitur.
Dele Boe, Sylvius. — — — *ad drachm. j.* *ad drachm. ij.*
Videtur dubia hæc doſis. v. Rob Baccarum Sambuci.
Baccæ Ruſſi in ſubſtantia.
Praxis. *ad ſcrup. j.* *ad ſcrup. ij.* *ad drachm. j.*
Baccæ Lauri in ſubſtantia.
Cartheuſer. *Doſes eſſe debent moderatæ, ne viſcoſo ſuo oleo ventriculo moleſtiam inferant, ac nauſeam, ut etiam ipſum Vomitum.*
Baccæ Rhamni cathartici ante prandium, vel cœnam ſumendæ ſunt ad minuendum earum ſtimulum.
Donzellus cum Lemery. — — — *ad num. vj.* *ad xx. uſque.*
Badian, ſeu Aniſum Chinæ in ſubſtantia.
Praxis. *ad ſcrup. ß.* *add ſcrup. j.* *ad drachm. ß.*
Badian in infuſo.
Geoffroy. *Liquoribus permiſcetur ad gratiam.*
Nonnulli. *Ut Thea, & Coffe.*
Cartheuſer. *A granis aliquot ad ſcrup. ß. — infuſiſque vinoſis, ac aquoſis Thetformiter additur.*
Balauſtia in ſubſtantia.
Claudinus. *ad drachm. ß.* *ad drachm. j.* *ad drachm. iß.*
Geoffroy. *ad ſcrup. j.* *ad ij.* *ad iij.*
Balauſtia in infuſo.
Idem Geoffroy. *ad drachm. j.* *ad ij.* *ad unciam ß.*
Balſaminæ folia in ſubſtantia.
Lemery. — — — *ad ſcrup. j. uſque* *ad drachm. j.*
Balſamum Aſiaticum, Ægyptiacum, Jeruchuntanum, Judaicum, ſive Opobalſamum.
Boerhaavius. *Balſama talia, hodie fere habemus, virtute non adeo differentia, quam caritate pretii, locoque natali. Hæc omnia hodie ſignificant rem eamdem coloris albi, forma liquida, odore Citri.*
gutt. vj. *gutt. viij. ad x.* *gutt. xv.*
Balſamum Braſilenſe, ſive Copayba.
Geoffroy. *gutt. v.* *gutt. xv.* *gutt. xx.*
Balſamum Copayba pro purgante.
Idem. — — — *ad drachm. ij.* *ad drachm. iij.*
Balſamum peruvianum, ſive album, ſive fuſcum in colica Pictonum ſaccharo cryſtallino comixtum.
Sydenham. *gutt. xx. ad xxx.* *ad gutt. xxxx. uſque.*
Allen. *In colica a ſcrup. ij. vel ultra.* *ad ſcrup. vj. quaque hora ſaccaro cryſtallino inſtillatum, vel aliter exhibendum.*
Geoffroy. *a gutt. jv.* *ad gutt. viiij.* *ad gutt. xij.*
Balſamum dictum Opobalſamum.
Payr. *ad gutt. j.* *ad gutt. vj.* *ad gutt. xv.*
Balſamum Peruvianum cum Vitello ovi ſolutum longe acrius, & penetratius eſt, magiſque fauces vellicat, quam per ſe guſtatum, inquit Etmullerus.
Balſamum Copayba, ſeu Braſilenſe, Peruvianum, ſive album, ſive fuſcum,

Moran, Mechanin, Americana multiplicia, Liquidambrum, Tolutanum; Terebinthina Veneta, Derebinth. ex Chio, Abjetis, Laricis, Pini --- Quæ quidem omnia calore, diſtillatione, & tempore ſolent fere in eadem principia reſolvi, in eadem mutari, ſimilia præſtare. Boerhaave.

Hinc colligi videtur horum doſim eamdem ſtatui poſſe, ac Terebinthinæ.

Janthius.	*gutt. x. ad xv.*	*gutt. xxv. ad xxx.*	*gutt. xxxx.*
Payr.	*gutt. j.*	*gutt. x.*	*gutt. xx.*

Balſamum Capayba.

Ut ſuperius dictum fuit a drachmis ij. ad iij. ſub forma potionis albæ catharſim molitur ac ipſa Terebinthina. Fuller.

Bardanæ radix recens inciſa pro decocto.

Chriſtianus.	*ad unciam ß.*	*ad unam.*	*ad unciam iß.*

Bardanæ foliorum ſuccus defæcatus.

Geoffroy.	*ad. unciam ß.*	*ad uncias ij.*	*ad uncias jv.*

Bardanæ radix pulverizata.

A nonnullis additur Terebinthinæ loco glycyrhizæ.

Praxis.	*ad ſcrup. j.*	*ad ſcrup. ij.*	*ad drachm. j.*

Bardanæ ſemen in emulſionibus.

Eadem.	*ad drachm. j.*	*ad drachm. ij.*	*ad unciam ß.*

Baſilicum in infuſo vinoſo.

Cartheuſer.	*pugil. ß.*	*pugil. j.*	*ad pugil. ij.*

Baccabunga in decocto, vel Apozematibus.

Geoffroy.	*manip. j.*	*ad manip. ij.*	*ad manip. jv.*

Baccabungæ ſuccus defæcatus.

Idem.	*ad unciam iß.*	*ad uncias iij.*	*ad uncias jv.*

Bdellium Gummi in ſubſtantia.

Barchuſen.	*ad gran. viij. ad xij.*	*ad ſcrup. j.*	*ad ſcrup. ij.*

B.hen album, & rubrum in decocto,

Chriſtianus.	*ad drachm. ß.*	*ad drachm. j.*	*ad drachm. ij.*

Behen album, & rubrum in ſubſtantia.

Idem.	*ad ſcrup. ß.*	*ad unum.*	*ad ſcrup. ij.*

Belemmis Lupis, ſeu Lapis Lincis pul.

Geoffroy.	*ad ſcrup. ß.*	*ad drachm. ß.*	*ad unam.*

Bellidis ſuccus depuratus.

Idem.	*ad unciam iß.*	*ad uncias ij.*	*ad quatuor.*

Bellis in decocto.

Idem.	*pugil. j.*	*pugil. ij.*	*ad manip. j.*

Benzoinum Gummi in ſubſtantia.

Barchuſen.	*ad gran. vj. ad viij.*	*ad gran. xv.*	*ad drachm. ß.*

Berberis fructus ſiccati, & pulverizati.

Praxis.	*ad ſcrup. j.*	*ad ſcrup. ij.*	*ad drachm. j.*

—— dicti fructus decocto.

Eadem.	*ad unciam ß.*	*ad unciam j.*	*ad iß.*

Berberis ſuccus recenter expreſſus, & filtratus.

Geoffroy.	*ad drachm. ij.*	*ad unciam ß.*	*ad unam.*

Berberis fructus conditi.

Payr.	*ad ſcrup. ß. ad ij.*	*ad drachm. ij.*	*ad unciam ß.*

Berberis acini, ſeu ſemen in ſubſtantia. Potenter ſiccant, & adſtringunt.

Idem.	*ad ſcrup. j.*	*ad ſcrup. ij.*	*ad drachm. j.*

Bettonica in infuſo, vel decocto.

Barchuſen.	*ad manip. ß.*	*ad manip. j.*	*ad manip. iß.*

Biſtor-

Bistortæ radix in decocto recens.

Christianus.	*ad unciam ß.*	*ad unciam j.*	*ad iß. usque ij.*

Bistortæ radix pulverizata.

Geoffroy.	*ad scrup. ß.*	*ad drachm. ß.*	*ad drachm. j.*

Bezoar germanicum, seu Rupi Capræ Bezoar f. p.

Lemery.	*ad gran. x.*	*ad gran. xv.*	*ad scrup. j.*

Nunquam vidi, quod lapis Bezoar aliquid laudatu præstiterit. Guarimon. Con. 216. & Etmul. de febr. p. 256.

Maximam hujus copiam consumpsi, nec egregiam operam sensi, Saxon. Cap. de febr. post.

Dedi sæpissime hunc lapidem variis ægrotantibus, nihilque animadverti illorum, quæ de ipso perhibentur, idque observarunt quamplurimi Recentiores. Primerosio lib. 4. de vulg. error. p. m. 449.

Quantum ad hyperbolicas hujus lapidis virtutes, ac facultates portentosas, non tantas in eo mille experimentis edoctus inveni. Bontius apud Boyle de phil. exp. p. m. 223.

Cæterum hodie ex hujus Lapidis exhibitione nullum sensibile effectum observare potuimus. Musitanus de febrib. p. m. 125.

Bezoar, Margaritæ &c. sunt Medicorum credenda stolida. Ged. Arvei p. m. 41.

Questa pietra è stata da me provata, e sperimentata sempre in vano. Redi oss. nat. p. m. 72.

Præfert fere humanos calculos etiam orientalibus Bezoardis. Boyle. med. hydrort. p. m. 9. & Bontius loc. cit. & Matthiol. lib. 1. ep. op. p. m. 445. Hildanus. Cent. 6. obs. 89. p. m. 615. & Mercat. oper. post. a Lancisio Cap. Gior. de Letter. 32. p. m. 139.

Bezoar occidentale. f. p.

Idem.	*ad gran. vj.*	*ad scrup. j.*	*ad drachm. ß.*

Bezoar Corvinum. f. p.

Payr.	*ad gran. v.*	*ad gran. x.*	*ad scrup. j.*

Bezoar orientale f. p.

Schroderus.	*ad gran. iij.*	*ad gran. viij.*	*ad gran. xij.*
Lemery cum Payr.	*ad gran. vj.*	*ad gran. x.*	*ad gran. xv.*

Bezoar hystricis f. p.

Idem Lemery.	*ad gran. ij.*	*ad gran. v.*	*ad gran. viij.*

Bezoar Simiæ f. p.

Idem.	*ad gran. ij.*	*ad gran. jv.*	*ad gran. vj.*

Bezoar Bovis vescicæ bilis.

Idem.	*ad gran. vj.*	*ad scrup. ß.*	*ad scrup. j.*

Bitumen Judaicum f. p.

Idem. *ad scrup. j.* *ad drachm. j.* *ad ij.*

Nix Martis.
Capellus. *ad gr. vj.* *ad gr. xx.* *ad gr. xxx. & ultra.*

Nuces recentiores Saccharo obductæ.
Praxis. *ad n. j.* *ad n. ij.* *ad iij.*

Nux Moscata torrefacta, & pul.
Geoffroy. *ad scrup. j.* *ad ij.* *ad scrup. iij.*
Praxis. *Fortasse rectius.* *ad scrup. ß.* *ad j.* *ad iß.*

Nux Moscata ustulata, ac pul.
Praxis. *ad scrup. j.* *ad ij.* *ad drachm. j.*
Geoffroy. *Hinc forte videtur Nuci Moscatæ torrefactæ ejusdem ustulatæ Dosim apposuisse.*
Cartheuser. *a granis aliquot ad drachmam semis.*

A Nonnullis Nux Moscata ustulata, vel torrefacta, Rhabarbarumque similiter modo torrefactum, modo ustulatum in dyssenteriis præscribuntur, ac si torrefactio, & ustulatio idem essent. Ut differentiam ostendamus, animadvertere nobis placet, Authores Galenicos torrefactionem instituere, quæ, ut brevius dicam, nil aliud est, nisi exsiccatio cujuslibet vegetabilis ad ignem blandum, ut deinde pulverisari possit; quandoque etiam ab iisdem instituta fuit ad diflationem nonnullarum partium purgantium facile dissipabilium; uti in Rhabarbaro, ita etiam in Nuce Moscata, ut ab illa eximatur portiuncula abundantis sui olei essentialis, & subtilis, & sic adaugere ope torrefactionis in utroque adstringentem eorum facultatem; torrefactio consequitur hoc facto, Rhabarbarum in taleolis dissectum, vel Nux Moscata contusa ad lenem ignem in sartagine ferrea, vel in concavo terreo non vitreato sæpesæpius misceatur, ut eorum colorata superficies aliquantisper a colore, & exsiccatione alteretur: torrefactio, pro ut sola, exsiccatio, nulla rei coloris mutatione indiget, neque alicujus suæ rei exhalatione præter humidi radicalis, & fit lenissimo igne. Ustulatio vero ad nigredinem rem reducit, relinquendo vegetabilem, vel succum concretum, volatilium partium fere, vel omnino exutum, ut in Æthyopo vegetabili accidit. Assatio pariter in præparationibus Galenicis alterum gradum habet, quæ me judice illa nempe est, uti Cepæ Scillæ, Poma Cydonia, Sorbi fructus immaturi, ac maturi, Carnes Animalium, Pulmones, Hepata, Testiculi calore Clybani continuato in proprio nativo succo coquuntur, eo ut ad exsiccationem totalem perveniant, ut pulverizari, vel diu conservari possint, si lubeat, & hæc sicca coctio appellatur. Ustio denique dicitur illa, quæ in cinerem quodcunque corpus vegetabile, vel animale reducit, vel in caput mortuum, ut Chymici appellant carbones omnino eorum principio orbatos, præter suo fixo Sale, quod in cineribus semper remanet, nec ab illo extrahi, nisi per lixivium, per filtrationem, & per crystallizationem potest.

Nux Moscata Saccharo condita.
Junckerus. *ad drachm. ß.* *ad j.* *ad ij.*

O

SIMPLICIUM

Tum exoticorum, cum indigenorum

DOSES.

OCimum in infuſione pro re cephalica.
Geoffroy. *ad modum Theæ uſurpatur.*

Oculi Cancrorum pul. & lævigati.
Chriſtianus. *ad ſcrup. j.* *ad ij.* *ad tres.*

Olibanum ſelectum in ſubſtantia.
Geoffroy. *ad pondus idem.* *ad ij.* *a drachm. j. ad ij.*
Payr. *ad gr. iij.* *ad ſcrup. ß.* *ad j.*
Lege ulterius Maſtichem ſelectiorem.

Omphatii ſuccus percolatus.
Barchuſen. *Per cochlearia exhibeatur.*

Omphatii ſuccus *in aquæ dilutus lib. iß. pro potione ad uſum cum Sacch. edulcata.*
Praxis. *ad unc. ß.* *ad j.* *ad iß.*

Omphatii Julapium *in aqua lib. iß. pro potione in æſtu febrili, & in febribus coliquativis.*
Eadem. *ad unc. iß.* *ad ij.* ——— ——— ———
Pluries in die, ſi oportuerit, repetatur Julapii Doſis.

Omphaloydes in ſubſtantia.
Chriſtianus. *ad drachm. ß.* *ad j.* *ad drachm. ij.*

Omphaloydes in infuſo.
Barchuſen. *ad manip. ß.* *ad unum.* *ad unum, & ß.*

Ononidis radicis cortex in decocto.
Chriſtianus. *ad unc. ß.* *ad j.* *ad ij.*

Ononidis cortex radicis in ſubſtantia.
Geoffroy. *ad ſcrup. j.* *ad ij.* *ad iij.*

Opercula Cochlearum ſub. pul.
Jantkius. *ad ſcrup. ß.* *ad unum.* *ad drachm. ß.*

Ophiogloſſum in infuſo.
Barchuſen. *ad manip. ß.* *ad j.* *ad iß.*

Ophiogloſſum in ſubſtantia *menſe Maii collectum in Uteri dejectionibus.*
Claudinus cum Praxi *ad ſcrup. j.* *ad ij.* *ad drachm. j.*

Opium crudum raſum.
Geoffroy. *a gr. ß.* *a gr. j. ad ij.* *a gr. ij. ad tria de raro.*
VVedellius. *gr. pars tertia, vel quarta.* *a gr. j. ad ij.* *ad gr. iij.*

Opoponax Gummi pro purgante.
Bateus. *ad drachm. ß.* *ad ſcrup. ij.* *ad drachm. j.*
Sennertus. *ad pondus idem.* *ad drachm. j.* *ad ij.*

Opoponax Gummi in menſium ſuppreſſione quotidie.
Praxis. ——— ——— ——— *a ſcrup. uno ad drachm. ß.*

Opo.

Opobalsamum in chronicis febribus, & in crudis frigidisque humoribus, necnon in obstructionibus quotidie sumendum.

Geoffroy.	*ad scrup. j.*	*ad ij.*	*ad tres.*
	In vulneratis grana xij. ad xx.		

Orchii. Ejus radix in substantia siccata.

Lemery.	*ad scrup. j.*	*ad ij.*	*ad drachm. j.*
Geoffroy.	*in optimi Vini cyatho, ad drachm. ß. exhibetur.*		

Origanum in substantia.

Barchusen.	*ad scrup. ß.*	*ad drachm. ß.*	*ad j.*

Origanum in infuso.

Christianus.	*ad pugil. j.*	*ad pugil. ij.*	*ad manip. j.*
	vel ut Thea Origano utatur.		

Orombanche in substantia.

Lemery.	*ad scrup. j.*	*ad ij.*	*ad drachm. j.*

Orizæ farina pro pulmento utili conficiendo ad instar illud Saxoniæ.

Praxis.	*ad drachm. ij.*	*ad unc. ß.*	*ad integram.*
	In jusculo pullorum non salito.		

Osmundæ asparagi, seu Germania tenerrima.

Bovvles Conservam ex iis confectam proponit cum prospero successu in Rachitide.

Ossa e corde Cervi rasa, ac pulverizata.

Lemery.	*ad scrup. j.*	*ad scrup. ij.*	*ad drachm. j.*
Payr.	*ad gr. v.*	*ad scrup. ß.*	*ad scrup. ij.*

Cartheuser. in Met. Med. pag. 57. Plerumque ex Sabaudia efferuntur; monendum tamen ossicula similia e corde bubulo exempta Cervino fore paulo majora, frequentissime substitui, & ignaris Emptoribus vendi pro genuino. Parum cæteroquin referre, an Cervina sint, an Bovina, quum una eademque indole, atque virtute donata reperiantur.

Junckerus. Ossa de corde Cervi efficaciam a venenatorum persuasione dependere, ait Auctor, Lex. Ph. p. m. 339.

Gedeon Harveus. Cordis Cervi os a cæteris istius animalis ossibus nihil diversum est, nisi numero singulari. pag. m. 109.

Vana sunt illa singularia attributa, quæ huic ossi adscribuntur, nata ex præconcepta hypotesi de Cordis eminentia præ ceteris partibus, & de radice Vitæ in corde fundata. Nil enim certe peculiare præ aliis ossibus habet. Etmul. in Scrod. p. m. 161. ult. edit.

Fran. Bacon. hist. vit. p. m. 523. Os de Corde Cervi gradum servat cum Cornu Cervi, cum Ebore, & similibus.

Ossa Calcanei Cervi rasa, & pulv.

Christianus.	*ad scrup. j.*	*ad drachm. ß.*	*ad j.*

Ossa Lucii piscis ex Capite, & quorumdam aliorum, ut Trutarum &c.

Idem. ad idem ut supra, & in aliis ætatibus.

Ossa Sepiæ pulverizata.

Payr.	*ad scrup. ß.*	*ad unum.*	*ad drachm. ß.*
Schroderus.	—— —— ——	*ad scrup. ß.*	*ad unum.*

Ossa Vervecis in substantia.

Praxis.	*ad idem.*	*ad drachm. ß.*	*ad scrup. ij.*

Osmundæ regalis pars media radicis subcandida in decoctione.

Geoffroy cum Praxi.	*ad unc. ß.*	*ad unc. j.*	*ad unc. iß.*

E. g. in Rachitide Geoffroy. ℞. Osmundæ reg. part. med. radicis unc. tres.
Capil. Veneris manip. j.
Aquæ fontis lib. iij.
fiat. s. a. decoctio.

Osmun-

Oſmundæ regalis ſummitates fructiferæ pro decoctione quotidie in lacte facienda.
Idem. *ad manipulum unum.*

Oſteocolla pul. & porphyrizata.
Scroderus. } *Mangetus.* } *ad drachm. ſs.* *ad j.* *ad iſs.*
Lemery, & quidem prudenter. *ad ſcrup. ſs.* *ad unum.* *ad ij.*
Hildanus. } *Hoffmanus.* } *ad ſcrup. j.* *ad drachm. ſs.* *ad j.*

Oſtrea pul. & lævigata.
Praxis. *Ut Matres Perlarum exhibeatur.*

Ova Sturionis ſiccata, & ſ. pul.
Lemery. *ad ſcrup. j.* *ad ij.* *ad drachm. j.*

Oxyacanthæ lignum in decocto.
Chriſtianus. *ad drachm. ij.* *ad unc. ſs.* *ad integram.*

Oxyacanthæ fructus ſic. & pul.
Barchuſen. *ad ſcrup. ſs.* *ad drachm. ſs.* *ad j.*

Oxyriphyllon in infuſo.
Barchuſen idem. *ad manip. ſs.* *ad unum.* *ad iſs.*

Oxyriphyllon ſuccus defœcatus per ſubſidentiam.
Geoffroy. *ad unc. ſs.* *ad j.* *ad unc. tres.*

Valde commendatur ad ſitim extinguendam in febribus ardentibus, & ad compeſcendum nimium humorum motum attemperando, & refrigerando in decoctione, vel ejus ſuccus rite defœcatus in aqua dilutus ad gratam aciditatem.

O

COMPOSITORUM, AC PRÆPARATORUM THERAPEUTICÆ.

D O S E S.

OFfa Helmontii.
Boerhaave. *ad ſcrup. ſs.* *ad unum.* *ad drachm. ſs.*

Oſſa Vervecis calcinata, pul. ac lævigata.
Praxis. *ad idem pondus.* *ad ſcrup. j.* *ad d. pondus.*

Oleum Abſinthii diſtillatum, & ſimilia.
Hartmannus. —— —— —— *ad ſcrupulum unum, minuſve.*

Oleum Amygdalarum dulcium s. j. rec. expreſſ. pro leniente.
Geoffroy. *ab uncia ad ij.* *a tribus ad jv.* *a quinque ad viij.*

Oleum Amygdalarum s. j. pro clyſtere.
Idem. *ad unc. ij.* *ad jv.* *ad viij.*

Oleum

Oleum Amygdalarum dulcium s. j. pro emolliente loco prandii, vel cœnæ dandum.

Boerhaave. In acutis dum usus proponitur salubris Amygdalini olei, curare oportet, ut pressum recenter sit, nec ab Amygdalis rancidis, nec antiquius sit.

Praxis. ad unc. ij. ad tres. ad quatuor.

Jantkius. Exhibeatur cochleatim.

Oleum Amygd. dulcium s. j. pro alterante quotidie propinandum.

Praxis. ad unc. ß. ad j. ad jß.

Ab assumpto Oleo, horam abstineat Æger a quocunque liquore: secus enim Oleum illis supernatans in Ventriculo, nauseam excitabit; exindeque per vomitum rejicietur.

Oleum Amygd. c. j. pro emetico.

Jantkius. ——— ——— ——— ad unc. plures.

Oleum Amygd. Amararum s. j. rec. expressum.

Lemery. ad drachm. ij. ad unc. ß. ad j.

Payr. ad easdem. ad idem. ad unc. ij.

Oleum Anethi distillatum.

Geoffroy. ad gutt. j. ad ij. ad iij.

Oleum Angelicæ distillatum.

Jantkius. gutt. j. a ij. ad iij. ad gutt. jv.

Oleum Aniforum distill.

Idem. a gutt. ij. ad gutt. x. ad gutt. xx.

Oleum Antimonii distillatum Saccharatum.

Bateus. ad eamd. mens. ad gutt. iij. ad gutt. vj.

Oleum e Nucleis Armeniacarum s. j. per expressionem factum.

Geoffroy. ad unc. j. ad iij. ad unc. v.

Oleum Baccarum Juniperi distillatum.

Ernestus. ad gutt. vj. ad gutt. xij. ad scrup. j.

Oleum Baccar. Lauri tum essentiale, tum per expressionem, tum per ebullitionem.

Geoffroy. ——— ——— ——— ad gutt. x. ad xij. præscribuntur.

Hæc ambo Olea cum essentiali Oleo ex Baccis Lauri viribus conveniunt, sed longiori debiliores.

Praxis. Per Clysmata carminativa. Illud ex Baccis Lauri per expressionem ab uncia ß. ad unam, & semis.

Oleum Balsamicum.

Bateus. ad scrup. j. ad ij. ad tres scrupulos.

Oleum Balsaminæ.

Eph. Germ. dec. 1. an. 6. 7. pag. 99. In partu difficili ad unc. j. anodinis associata pro Clystere cum successu.

Oleum Benzues distillatum.

Christianus. a gutt. j. ad ij. a gutt. ij. ad iij. a iij. ad scrup. ß.

Oleum Brioniæ.

Payr. ad gutt. jv. ad gutt. x. ad gutt. xxx.

Oleum Buxi distill. & rectificatum.

Jantkius. exhibeatur ad aliquot guttas.

Oleum Cadinum, sive Ligni Cedri s. j. factum.

Lemery. ad gutt. j. ad gutt. iij. ad gutt. vj.

Oleum Camphoræ distillatum.

Ernestus. ad gutt. ij. ad gutt. jv. ad gutt. v.

Bateus. ad gutt. iij. ad gutt. vj. ad gutt. x.

Oleum

Oleum Caryophyllorum diſtill.

Erneſtus. *ad gutt. j.* *ad ij.* *ad iij.*

Dele Boe, Sylvius. In ſupra dicta Doſi ad frigus evitandum in febribus intermittentibus.

Oleum Ceræ diſtill. & rectificatum,

Donzellus. —— —— —— *ad gutt. jv.* *ad quinque.*

Hartmannus. *a gutt. j. ad ij.* *ad tres.* *ad quatuor.*

Boerhaave. Olei Ceræ diſtillati Abdominis crebra inunctio facta adſtrictæ alvo lubricitatem conciliat, hinc in Infantium morbis percurandis nobile remedium.

Oleum Cinnamomi diſtillatum.

Donzellus. *ad gutt. j.* *ad iij.* *ad jv.*

Geoffroy. *ad idem.* *ad gutt. ij.* *ad tres.*

Ad Oleorum, ſeu eſſentiarum diſtill. probationem: gutta una, vel altera indatur aquæ calidæ in cochleari ſuper ignem poſito; ſi enim Oleum prompte evolet, & nihil pinguedinis poſt ſe in aquæ ſuperficie relinquat, bonum eſt ſignum illud non eſſe pinguedine, aut Oleo aliquo expreſſo adulteratum.

Oleum Corylorum diſtill.

Jantkius. *a gutt. j. ad ij.* *ad iij.* *ad quatuor guttas.*

Oleum Corticum Aurantiorum s. j. expreſſum.

Lemery. *ad gutt. j.* *ad gutt. jv.* *ad ſex.*

Oleum corticum Citri s. j. elicitum.

Idem. *ut ſupra in omnibus.*

Oleum Cydoniorum per infuſionem factam per os exhibendum.

Colleg. Bonon. *ad unc. ij.* *ad iij.* *ad jv.*

Oleum Dippellii, dictum Animale.

Schulzius. *ad gutt. x.* *ad gutt. xx.* *ad gutt. xxx.*

Oleum Æthereum Terebinthinæ diſtillatum.

Lemery. *ad gutt. jv.* *ad gutt. viij.* *ad gutt. xv.*

Hoffmannus. *ad idem.* *ut ſupra.* *ad gutt. xij.*

Vide ulterius Oleum Therebintinæ æthereum.

Oleum Heraclæjum.

Bateus. *ad gutt. ij.* *ad iij.* *ad gutt. jv.*

Oleum Hyppericonis ſimp. per infuſ. ter repetitam in diſſenteriis.

Praxis. *ad unc. ß.* *ad j.* *ad ij.*

Oleum Juniperi diſtillatum.

Jantkius. *exhibeatur ad aliquot guttas.*

Oleum ex Karabe diſtillatum.

Lancillotus. *ad gutt. iij.* *a jv. ad vj.* *ad gutt. x.*

Oleum ex Karabe ter, quaterve rectificatum.

Praxis. *ad gutt. j.* *ad iij.* *ad v. guttas.*

Oleum eſſentiale Lavendulæ.

Geoffroy. *ad gutt. ij.* *a tribus ad jv.* *ad ſex uſque.*

Oleum Ligni Aloes eſſentiale.

Idem. *ad gutt. iij.* *ad gutt. x.* *ad gutt. xx.*

Oleum Ligni Citri, ſeu Oleum Cadinum.

Lemery. *ad gutt. j.* *ad iij.* *ad vj.*

Oleum Ligni Corylorum diſtill.

Erneſtus. *ad gutt. jv.* *ad gutt. viij.* *ad xij.*

Oleum Macis diſtillatum.

Idem. *ad gutt. j.* *ad iij.* *ad gutt. jv.*

Tencke. *ad gutt. ß.* *ad j.* *ad ij.*

Barchuſen. *a media gutta ad integram.* *ad ij.* *ad jv.*

Oleum

Oleum Effentiale Majoranæ.			
Geoffroy.	———	*ad gutt. j.*	*ad gutt. ij.*
Oleum Martis.			
Bateus.	*ad gutt. ij.*	*ad jv.*	*ad quinque.*
oleum Mafliches diflillatum.			
Erneflus.	*ad gutt. jv.*	*ad x.*	*ad xij.*
Oleum Mafliches per diffolutionem Galenicam.			
Praxis.	*Ut Oleum exhibeatur Hypericonis.*		
Oleum Matricariæ diftill.			
Schroderus.	*ad gutt. ij.*	*ad x.*	*ad xij.*
Oleum Mercurii album, ideft Spiritus Mercurii albus in Aqua Theriacali fumendus.			
Donzellus.	*ad gutt. j.*	*ad ij.*	*ad iij.*
Oleum Mercurii rubrum, ideft Spiritus rubeus Mercurii in aqua, ut fupra exhibitus.			
Hartmannus.	———	*a gutt. j.*	*ad ij.*
Oleum Mercurii diaphoreticum.			
Idem.	*ad gutt. j.*	*a gutt. ij. ad iij*	*ad gutt. vj.*
Oleum Nitri quotidie exhibendum.			
Idem.	———	*ad gutt. ij.*	*ad iij.*
Oleum Mirrhæ, ideft Effentia in Spiritu Vini, & Nitro fixo diftillata.			
Chriflianus.	*a gutt. ij. ad vj.*	*ad gutt. jx.*	*ad gutt. xv.*
Oleum Nucis per expreffionem c. j. factum.			
Geoffroy.	*ad unc. ß.*	*ad integram.*	*ad unc. ij.*
Oleum Nucis s. j. per expreffionem paratum.			
Fullerus.	*exhibeatur ut Amygdalinum.*		
Oleum Nucis Mofcatæ per expreffionem.			
Lemery.	*ad gr. jv.*	*ad vij.*	*ad gr. x.*
Oleum Nuciftæ, ideft ut fupra diftillatum.			
Erneflus.	———	———	*ad gutt. j.*
Praxis.	*exhibeatur ut Oleum Cinnamomi.*		
Oleum Oculorum Cancrorum ad Calculos Hartmanni.			
Chriflianus.	———	*ad gutt. jv.*	*ad gutt. vj.*
Oleum Ulivarum pro emetico.			
Janthius.	———	*ad unc. plures.*	
Oleum Pineorum per expreffionem recenter paratum.			
Claudinus.	*ad unc. iß.*	*ad iij.*	*ad quatuor.*
Praxis.	*ut Amygdalinum propinetur.*		
Oleum Piperis nigri diftillatum.			
Hartmannus.	*gutt. j.*	*ad iij.*	*ad gutt. v.*
Oleum Philofophorum diftillatum.			
Lemery.	———	*a gutt. ij. ad iij.*	*ad gutt. jv.*
Capellus.	———	*ad guttas aliquot.*	
Oleum Rhabarbari per infufionem.			
Fuller.	*ad unc. femis.*		
Oleum Rorifmarini diftillatum, ideft Oleum Effentiale ejufdem plantæ.			
Schroderus.	*ad gutt. ij.*	*ad x.*	*ad xv.*
Praxis Xenodochii Lutetiæ.	*ad gutt. j. ad jv.*		*ad vj.*
Oleum Rofarum diftillatum.			
Hartmannus.	*ad gutt. j.*	*ad ij.*	*ad gutt. iij.*
Oleum Rutæ diftill.			
Chriflianus.	*ad gutt. iij.*	*ad vj.*	*ad x.*

Oleum Sabinæ diſtill.

Schroderus. *ad gutt. ij.* *ad gutt. x.* *ad gutt. xv.*
Praxis. *ad idem.* *ad gutt. jv.* *ad ſex guttas.*

Oleum Sacchari compoſitum.

Beguinus. *Ecclegmatis ad inſtar exhibeatur.*

Oleum Sacchari ſimplex diſtillatum.

Idem } —— —— —— *cochleare ſemis.*
Lancillottus. } —— —— ——
Donzellus. —— —— —— *ad drachm. j. per aliquot dies.*

Oleum Salis communis, ſeu Spiritus Salis com. deflegmatus.

Beguinus. *ad gutt. jv.* *ad viij.* *ad gutt. xij.*

Oleum Salis Nitri.

Hartmannus. *quotidie.* *ad gutt. ij.* *ad gutt. iij.*

Oleum Ligni Santali Citrini diſtillat.

Praxis. *ad gutt. iij.* *ad vj.* *ad x.*

Oleum Seminum Lini s. j. paratum ad ſedandam tuſſim, & ad promovendam expectorationem.

Geoffroy. *ad unc. ij.* *ad tres.* *ad quatuor.*
Jantkius. *cochleatim exhibeatur.*

Oleum Seminum Lini c. j paratum.

Praxis. *ad unc. ij.* *ad iij.* *ad jv. una cum Syrup. de Altea ſimplici, exhibeatur ſtomacho jejuno.*

Morton monet exhiberi Oleum Seminum Lini in peripneumonia cum pulſu ferrato. Remedium eſt unquam ſatis laudatum. Ab aſſumpto Oleo Seminum Lini per horam ſaltem abſtineat Æger a quocumque liquore: ſecus enim Oleum illis ſupernatans in ventriculo, nauſeam excitabit; indeque per vomitum rejicietur.

Oleum recens extractum ab aliquibus requiritur, quia palato gratius, non adeo nauſeam excitat; ſed inveteratum, & rancidum potius elicere debetur, quia potentius digerit, reſolvit, & expectorat, uti experientia continuo comprobavit. Oleum vero recens, & ſine igne factum potius emollit, uti Oleum Amygdalinum, nec amplius ultra.

Delicatulis deinde ſi recens parari placeat, iſtud, ut docet Etmullerus, & nec non Geoffroy, ad Solem depurandum eſt, nempe

℞. Olei Sem. Lini.
Aquæ tepentis an. partes æquales.

In vitreo concutiantur bene invicem, & quantum poſſibile commiſceantur, poſtea relinquantur in Sole, ita ut ſemper quod in fundo eſt ſeparetur, hocque toties donec Oleum purificetur.

Oleum Seminum Lini pro purgante.

Bateus. *ad unc. iij.* *ad quatuor.* *ad ſex.*

Oleum Seminum Lini pro Clyſtere.

Praxis. *ad unc. iij.* *ad jv.* *ad viij. cum reliquis ſive cum juſculo, ſive juſculo ſaccharato, vel mellato.*

Oleum Succini diſtillatum tantum.

Hartmannus. Cum vino malvatico ad aliquot guttas Iſtericis mulieribus propinatum miracula præſtare dicit.
Lancillottus. *ad gutt. iij.* *a jv. ad vj.* *ad gutt. x.*

Oleum Succini diſtillatum, & rectificatum.

Capellus. *ad gutt. ij.* *ad vj.* *ad idem.*

Oleum Sulphuris per Campanam factum.

Beguinus. *ad gutt. ij.* *ad jv.* *ad gutt. v.*
Praxis. *in omnibus parum ultra.*

Oleum

Oleum Sulphuris diſtillatum.

Erneſtus.	*ad gutt. j.*	*ad ij.*	*ad iij.*

Oleum Sulphuris aniſatum, & ſimilium.

Bateus.	*ad gutt. iij.*	*ad ſcrup. ſs.*	*ad integrum.*

Oleum Sulphuris therebintinatum.

Lemery.	*ad gutt. j.*	*ad gutt. jv.*	*ad ſex.*

Oleum Tanaceti diſtill.

Jantkius.	*gutt. j.*	*a ij. ad iij.*	*ad gutt. jv.*

Oleum Tartari diſtill.

Erneſtus.	——— ——— ———	*ad ſcrup. ſs.*	*ad unum.*

Oleum Tartari fœtidum.

Jantkius.	*ad gutt. j.*	*a ij. ad iij.*	*ad gutt. jv.*

Oleum Tartari per deliquium.

Junckerus.	*ad gutt. viij.*	*ad xx.*	*ad gutt. xxx.*
Schroderus.	*ad ſcrup. ſs.*	*ad unum.*	*ad drachm. ß.*
Jantkius.	*a gutt. x. ad xv.*	*a gutt. xxx. ad xl.*	*ad gul. l.*

Oleum Æthereum Terebinthinæ, ſeu Spiritus rectificatus æthereus Terebinthinæ.

Tencke.	*ad gutt. jv.*	*ad viij.*	*ad gutt. x.*
Lancillottus.	*ad gutt. v.*	*ad xv.*	*ad xxjv.*
Praxis.	——— ——— ———	*a gutt. vij. ad jx.*	*ad x.*

Boerhaave. Oleum æthereum Terebinthinæ ita penetrabile eſt, ut ex corporis affrictu evaneſcat, in ſanguinem penetret, lotiumque inde relinquat odorem violaceum mox inducens. Evidens nota ſuæ penetrationis, quapropter meatus facillime tranſmeat.

Idem paroxiſmo frigido ſolamen affert, ut Spina Dorſi eo juncta, ante acceſſum frigoris, tantum boni præſtat, ut in ipſis quartanis hoc modo uſurpatum remedium eſt.

Oleum Terebinthinæ æthereum anodinum incomparabile, antiſepticum, conſolidans eſt. Arteriis, Veniſque in magnam hæmorrhagiam læſis promptiſſimum, ſecuriſſimum ſtipticum præſtat, eo in primis laudandum. Oportet tum valide calidum applicare ſpleniis appreſſis ad locum detinere. Jacobus Tonge in ſuo Curru Triumphali e Terebintho &c.

Oleum Thimi diſtillatum.

Barchuſen. / *Donzellus.*	*ad gutt. j.*	*ad ij.*	*ad quatuor.*

Oleum Vitrioli diſtill.

Lemery.	——— ——— ———	*ut Spiritus Vitrioli adhibeatur.*

Oleum Vitrioli dulce.

Bateus.	*ad ſcrup. ſs.*	*ad unum.*	*ad ij.*

Opiata Rhenodei.

Capellus.	*ad drachm. j.*	*ad ij.*	*ad iij.*

Opium aſſatum, ideſt Æthiops vegetabilis, qui a paucis tantum rite præparatur.

Praxis de rite præparato. ad gr. iſs. ad jv. & non ultra.

De præparato denique ad medietatis ſui ponderis aſſationem ut communiter præparatur.

Hoffmannus. a gr. iij. jv. ad vj. a ſcrup. ß. ad j. ad drachm. ſs.

Hoc a me appellatur Caput mortuum Opii, & inutile remedium.

Capellus.	*ad gr. jv.*	*ad ſcrup. ſs.*	*ad ſcrup. j.*

Praxis locorum docebit Medicos Æthiopis Doſim.

Opium præparatum. V. Opium aſſatum.

Opium præparatum, sive Æthiops Vegetabilis dictus pulvis stegnoticus.

Quoniam cum de Æthiope Vegetabili actum est, nonnulla prætermisi, ea nunc afferam, scitu enim digna sunt.

Pulvis stegnoticus cum recta methodo perficeretur ad sputum sanguinis sistendum plurimum valere habitus est: at cum is sive incuria, sive ignorantia eorum qui eundem conficerent minus recte pararetur, desiit in honore esse, cum non inde is Medicinæ fructus perciperetur a Pharmacopola antea. Præstat igitur priorem hujusce pulveris parandi methodum diligenter exponere; cum in ea hujus Medicinæ vis omnis sita sit, tali autem pacto paratur. Opium ita ustuletur ut s. a. in unaquaque uncia septem scrupuli, duoque, vel tria grana ad plus ignis vi evanescant: si enim adhuc ad ignem sistatur, neque summum emittit amplius Opium, neque pondus amitit, spatioque temporis non ita longe in carbonem transit: cum autem eo pacto, quem posuimus, adustum est, ejus Dosis est quatuor granorum, optimusque inde effectus percipitur: qui vero Opium torrefaciunt, ejusque pondus ad medietatem flammæ vi redigunt scrupulum, ac semidrachmam integram perhibent ægrotanti: quæ res neque morbo afflictis conducit magis, neque ei qui remedium parat. Etenim & plus justo decrescit Opium, & hebetior effectus obtinetur. Dosem quatuor granorum cum præscripserint optimo eventu Senior Molinelli, Albertinus, aliique optimæ notæ Medici, conjici inde facile potest præparatione eos usos fuisse, quam proposuimus. Qui Opium ad medietatem ignis vi redegerunt, ii methodo usi sunt, quæ ex editis scriptis videtur profluxisse Adriani Mynsiebt, ubi de Thebaico Opio præparato verba facit, ac utinam ita fecissent. Sed ultro progrediamur.

Opium Cydoniatum.			
Jantkius.	*ad gr. j.*	*ad gr. ij.*	*ad gr. iij.*
Orizæ Cremor per subcerniculum recenter tractus.			
Barchusen.	*ad drachm. j.*	*ad unc. ß.*	*ad iß.*
Praxis.	*ad unc. ß.*	*ad j.*	*ad iß.*
	Ter, quaterve in die exhiberi potest.		
Orvietanum, Electuarium antiquum.			
Lemery.	*ad scrup. ß.*	*ad ij.*	*ad drachm. j.*
Schulzius.	*ad drachm. ß.*	*ad j.*	*ad ij. drachm.*
Orvietanum Charas.			
Capellus.	*ad scrup. ß.*	*ad ij.*	*ad quatuor.*
Oxycratum.			
Idem.	*Pro colluvione, & gargarismate inserviat.*		
Oxymel astmaticum, bis quotidie.			
Fulier.	*ad drachm. ij.*	*ad unc. ß.*	*ad integram.*
Oximel compositum.			
Lemery.	*ad idem.*	*ut supra.*	*ad dictum pondus.*
Oxymel de Peto.			
Quercetanus.		*Cochleatim.*	
Oxymel simplex.			
Capellus.	*ad unc. j.*	*ad ij.*	*ad iij.*
Praxis.	*ad drachm. ij.*	*ad jv. ab uncia ß.*	*ad j. ab iß. ad ij.*
Oxymel purgans.			
Fuller.	*ad unc. ß.*	*ad iß.*	*ad unc. iij.*
Oxymel Scilliticum pro incisivo.			
Geoffroy.	*ad drachm. j.*	*ad unc. ß.*	———
Lemery.	*ad pondus dictum.*	*ad drachm. ij.*	*ad unc. ß.*
Capellus.	*ad unc. ß.*	*ad integram.*	*ad unc. ij.*

Car-

Cartheuser comitatur Capellum. Addit tantum Vomitum, & id concitare in majori Dosi datum.

Boerhaave. *Item pro emetico.* *ad unc. iß.* *ad unc. iij.*
Junckerus. *ad unc. j.* *purgat Infantes per alvum.*
James. *Pro incisivo.* *a drachm. ij. ad tres aqua Cinnamomi correctum, ne nauseam excitet.*

Oxysaccharum compositum.
Lemery. *ad drachm. ij. ad iij. ad unc. ß. ad j. ad j. & semis.*

Oxysaccharum Emeticum.
Bateus. *ad idem.* *ad drachm. vj.* *ad unc. j. & ultra.*

Oxysaccharum Emeticum Angeli Salæ.
Junckerus. *ad drachm. j.* *ad ij.* *ad jv.*

Oxysaccharum Ludovici.
Idem. *Doses, ut supra, omnes.*
Alii. *Infantibus a gr. v. ad xv. cum Emulsione Amygdalarum.*

Oxysaccharum Mynsicht.
Author ipse. *ad drachm. ij.* *ad unc. ß.* *ad drachm. vj.*

Oxysaccharum Christiani.
Idem Author. *ad drachm. ß.* *ad ij.* *ad unc. ß.*
Pueris trimestribus gr. ij.
Aniculis a gr. jv. ad viij.

Oxysaccharum simplex.
Lemery. *ad drachm. ij.* *ad unc. ß.* *ad integram.*
Id datur solitarie, vel nuptum potionibus theiformis solutum, vel ad instar lambitivi, vel alterantibus commixtum.

P

SIMPLICIUM

Tum exoticorum, cum indigenorum

DOSES.

Paguri lapis pul. & lævigatus.
Lemery. *ad scrup. ß.* *ad drachm. ß.* *ad integram.*

Paguri in decocto.
Praxis. *ut Cancri fluviatiles adhibeantur.*

Panteræ lapis, ut supra lævigat.
Lemery. *ad scrup. ß.* *ad unum.* *ad ij.*

Pæoniæ Maris radix in substantia.
Barchusen. *a scrup. ß. ad j.* *ad drachm. ß.* *ad j.*
Cartheuser. *A granis aliquot, ad scrupulum j. in infuso vero a scrupulo uno, ad drachmam j. in infuso Vinoso, a granis aliquot ad scrup. j. Author præscribit in Epilepsia infantili ex acriori in primis viis acido sæpissime oriunda conferre.*
Geoffroy. *ad scrup. j.* *ad drachm. j.* *ad ij.*

Pœo-

Pœoniæ maris ſiccata radix in decocto.
Chriſtianus. ad drachm. j. ad ij. ad unc. ß.
Geoffroy. ſi radix recens ſit. ad unc. ß. ad integram.
Pœoniæ ſemen in infuſo.
Praxis. ad drachm. ij. ad unc. ß. ad j.
Pœoniæ ſemen in emulſionibus.
Eadem. ad drachm. j. ad binas. ad unc. ß.
Papaver rhæas in ſubſtantia.
Chriſtianus. ad ſcrup. j. ad drachm. ß. ad j.
Papaver rhæas in infuſo.
Praxis. Ut Thea uſurpetur.
Chriſtianus. ad pugil. j. ad ij. ad m. iß.
Papaveris ſemen album in emulſione.
Praxis. ad drachm. j. ad ij. a ij. ad jv. uſque ad unc.
Si hoc ſemen ſolitarie adhibeatur; ſi vero utatur hoc ſemine pro coadjuvante paregorico, Doſis accipiatur a drachm. j. ad ij. ad iij. ad unc. ß.
Vidi, ac audivi nonnullos ægros, qui ſomnum omnino amiſerant, quem nec per remedia quælibet interna, neque externa paregorica aſſequi potuerant, tandem per aquæ ſtillicidium ex alto in catinum æneum inverſum cadentem guttatim illis ſomnum conciliari datum fuit, eo modo quo Puerulis, nec non Adultis ſæpe orationum recitatio mirum in modum ſomnum procurat.
Parieræ Bravæ radix in ſubſtantia.
Geoffroy. ad gr. xij. ad ſcrup. j. ad drachm. ß.
Cartheuſer. ad ſcrup. ß. ad drachm. ß. ad j. in vinoſo vehiculo, aut in aqua fervente, recepta tamen quantitate majori infunditur.
Parieræ Bravæ radix in infuſo.
Geoffroy. ad drachm. j. ab binas drachm. ad iij. uſque.
Parietaria recens in infuſo.
Chriſtianus. ad manip. j. ad ij. ad iij.
Parietariæ ſuccus defœcatus.
Donzellus. ad unc. j. ad ij. ad trinas uncias.
Paronichia in infuſo.
Praxis. Ut aliæ plantæ capillares uſurpetur.
Paniacæ radix recens in decoctione pp.
Chriſtianus. ad unc. ß. ad j. ad ij.
Paſſulæ Damaſcenæ, & aliæ paſſulæ pro qualibet libra decocti.
Geoffroy. ——.——.—— ad unc. j. —— —— ——
Pavonis ſtercus pulverizatum.
Lemery. ad ſcrup. ß. ad drachm. ß. ad integram.
Stercus Pavonis partes habet duas diſtinctas, unam nempe fuſcam, & villoſam, quæ conſtans ex quiſquiliis aridis, ex comeſtorum reliquiis fit, pleneque inutilis eſt: Altera autem alba, & æquabilis, quæ ſanguinis recrementum eſt, & ſale volatili imprægnatur; hæc ſola medicinalis dicitur a Nonnullis.
Pedicularis in infuſo.
Barchuſen. Ut Paronichia adhibeatur.
Pediculi ad quartanas in principio paroxiſmi ad deglutiendum a nonnullis exhibentur.
Lemery. ——.——.—— ad n. v. ad vj.
Pellicula, ſeu Tunica Ventriculi Gallinæ interna in ſubſtantia.
Claudinus. ad ſcrup. j. ad ij. ad iij.
Payr. ad ſcrup. ß. ad drachm. ß. ad ſcrup. ij.

Pen-

Pentaphylli radices in decocto.
Chomelius. In aquæ lib. iij. ad lib. ij. decoquebat adicis unc. j. pro usu in dysenteria, & fluxu.
Christianus. Pro vice tantum. ad drachm. j. ad ij. ad unc. ß.
Pentaphylli radices in substantia.
Idem. ad scrup. j. ad drachm. ß. ad scrup. ij.
Geoffroy. In aquæ cyatho ante paroxismum ad febres intermittentes propellendas ad drachm. j.
Peponis semina in emulsione.
Praxis. ad unciam ß. ad j. ad ij. pro emulsione in s. q. aquæ pluries in die repetenda.
Percæ Lapis pul. & porphyrisatus.
Lemery. ad gr. viij. ad scrup. ß. ad integrum. ad scrup. ij.
Periclymenum in infuso.
Barchusen. ad manip. ß. ad integrum. ad iß.
Junckerus. ad idem. ad j. ad ij.
Perfoliata in substantia.
Geoffroy. ad scrup. j. ad ij. ad drachm. j.
Periclymeni semen, seu Caprifolli semen.
Dioscorides. In Vino exhibebat drachm. j. per dies quatuor.
Persicariæ flores pro emetico.
Boerhaave. ad drachm. ij. ad unc. ß. ad integram.
Persicaria maculata in infuso.
Barchusen. ad manip. ß. ad unum. ad iß.
Persici mali folia in infuso.
Geoffroy. ad pugil. j. ad ij. ad manip. j.
Persici mali florum succus expressus, & defœcatus.
Bateus. ad unc. ß. ad drachm. vj. ad unc. j.
Geoffroy. ad idem. ad unc. j. ad ij.
Pervinca in infuso.
Barchusen. Ut Persicaria utatur.
Petasitidis radix sic. in decocto.
Christianus. ad drachm. j. ad ij. ad unc. ß.
Petasitidis radix recens in decocto.
Idem. ad unc. ß. ad j. ad ij.
Petasitidis radix in infuso.
Barchusen. ad manip. ß. ad integrum. ad iß.
Petroleum ad Vermes Puerorum.
Lemery. —— —— —— ad guttas aliquot. —— —— ——
Vallisnerius cum praxi ad gutt. ij. ad jv. cum modico jusculi, si febris non adsit.
Petroleum in mensium suppressione.
Geoffroy. —— —— —— ad gutt. x. ad gutt. xv.
Petrosellini vulgaris, & Macedonici radices siccatæ in decocto.
Christianus. ad drachm. j. ad ij. ad unc. ß.
Petrosellini Macedonici, & vulgaris radices recentes pro decocto.
Idem. ad unc. ß. ad j. ad ij.
Petrosellini foliorum succus.
Jantkius. a drachm. ij. ad unc. ß. ad unc. j. ad iß.
Peucedani radix siccata in decocto.
Christianus. Ut rad. Petrosellini sic.
Praxis. Ut radix Enulæ Campanæ utatur.

Pha-

Phagarus lapis pul. & porphyriſ.
Lemery. *ad ſcrup. ß.* *ad unum.* *ad drachm. ß.*
Phalaris ſemen in ſubſtantia.
Chriſtianus. *ad ſcrup. j.* *ad iß.* *ad ſcrup. ij.*
Phellandryum, ſeu Cicutaria paluſtris in infuſo.
Barchuſen. *ad manip. ß.* *ad integrum.* *ad iß.*
Phellandryum alpinum: radix in decocto.
Chriſtianus. *ad drachm. ß.* *ad j.* *ad ij.*
Phellandrii radix alpina in ſubſtantia.
Ejuſdem. *ad ſcrup. j.* *ad drachm. ß.* *ad ſcrup. ij.*
Phu Dioſcoridis, ſeu Valerianæ ſylveſtris radix pul. collecta in loco ſylveſtri; & antequam folia enaſcuntur, in Epilepſia valde laudata a ſequenti Auctore.
Columna. *Binis vicibus Cochleare dimidium ſexta quaque die in vino.*
Lemery. —— —— —— *ad drachm. j.* *ad drachm. ij.*
Vires hujus radicis tum a Riverio, tum a M. Marcanth exaltatæ, & confirmatæ fuerunt, ut in mem. Accad. Volum. x. p. 430.
Piloſella montana recens in infuſo, vel decocto.
Barchuſen. *ad manip. ß.* *ad integrum.* *ad iß.*
Jantkius. *ad idem.* *ut ſupra.* *ad manip. ij.*
Piloſella, ut ſupra in ſubſtantia.
Chriſtianus. *ad drachm. ß.* *ad integram.* *ad drachm. ij.*
Tabernamontanus. Ad infantium hernias in cyatho ejuſdem decoctionis Piloſellæ drachm. ß.
Pimpinellæ ſuccus defœcatus.
Praxis. *ad unc. j.* *ad ij.* *ad unc. iij.*
Jantkius. *Cochleatim.*
Pini ſummitates in ſubſtantia.
Payr. *ad ſcrup. ß.* *ad ſcrup. ij.* —— —— ——
Pini ſummitates in decocto.
Praxis. *ad drachm. ij.* *ad tres.* *ad unc. ß.*
Piper album in ſubſtantia.
Geoffroy. *ad gr. ij.* *ad vj.* *ad gr. x.*
Piper album in infuſo.
Idem. —— —— —— *ad ſcrup. ß.* *ad integrum.*
Cartheuſer. *uti de Pipere nigro Doſim aſſignavit.*
Piper longum in ſubſtantia.
Geoffroy. *ſunt Doſes omnes ut illæ de Pipere albo in ſubſt.*
Piper longum in infuſo.
Idem. —— —— —— *a ſcrupulo ß.* *ad unum.*
Cartheuſer. —— —— —— *a ſcrup. j.* *ad iij.*
Piper nigrum pulverizatum.
Geoffroy. *ad gr. ij.* *ad vj.* *ad x.*
Cartheuſer. *a granis aliquot ad ſcrup. ß.*
Nonnulli in tympanitide gr. jv.
Piper nigrum in infuſo.
Geoffroy. —— —— —— *ad ſcrup. ß.* *ad integrum.*
Piper nigrum in febribus intermittentibus a plurimis maxime prædicatur ante paroxiſmum.
Idem. —— —— —— *a gr. vij.* *ad jx.*
Piſtelæum indicum ter in die per longum tempus.
Allen. *ad drachm. ß.* *ad j.* *ad ij.*

Piſta-

Piſtacia decorticata pro emulſione.
Geoffroy. *ad n. x.* *ad n. xij.* *Praxis ultra.*
Pix græca pul. ſive in bolos redacta per aquam calidam.
Praxis. *Ut Terebinthina uſurpetur cocta.*
Pix liquida cum Melle accepta ad vulnera pulmonum curanda.
Africanus. *cochleare unum.*
Pix Navalis in bolos repacta.
Praxis Veneta. *Ut Pix græca adhibeatur.*
Plantagines omnes in decoctione.
Chriſtianus. *ad manip. j.* *ad ij.* *ad iij.*
Barchuſen. *ad manip. ß.* *ad integrum.* *ad iß. ad ij.*
Plantaginis ſuccus defæcatus ovorum albumine.
Praxis. *ad unc. iß.* *ad iij.* *ad jv.*
Geoffroy. *In feb. intermitten. initio. ad unc. ij. ad iij. & quatuor.*
Plantaginis ſemen.
Claudinus. *ad drachm. ß.* *ad j.* *ad ij.*
Planta marina retiformis pul. & porphyriſata.
Lemery. *ad ſcrup. ß.* *ad drachm. ß.* *ad integram.*
Polii montani ſummitates in infuſo.
Barchuſen. *ad manip. ß.* *ad integrum.* *ad iß.*
Polygonati, ſeu Sigilli Salomonis radix in decocto.
Chriſtianus. *ad drachm. j.* *ad ij.* *ad unc. ß.*
Polygonati radix in ſubſtantia.
Idem. *ad ſcrup. j.* *ad drachm. ß.* *ad ſcrup. ij.*
Barchuſen. *a ſcrup. ß. ad j.* *ad idem.* *ad ſcrup. iij.*
Polygonum pulverizatum.
Chriſtianus. *ad ſcrup. j.* *ad iß.* *ad ſcrup. ij.*
Polygonum, ſeu Centinodia in decoctione.
Barchuſen. *ad manip. ß.* *ad unum.* *ad iß.*
Polygoni ſuccus clarificatus, ſeu per ſubſidentiam, ſeu albumine ovi.
Geoffroy. }
Praxis. } *ad unc. j.* *ad binas.* *ad trinas uncias.*
cum juſculo Vervecis in fluxu.
Polipodii radix in decocto.
Bateus. }
Dele Boe, Sylvius. } *ad drachm. iij.* *ad ſex.* *ad unc. j.*
Geoffroy. —— —— —— *ad unc. ß.* *ad integram.*
Polipodii radix in ſubſtantia.
Sennertus. }
Dele Boe, Sylvius. } *ad drachm. j.* *ad drachm. ij.* *ad iij.*
Politricum in infuſo.
Praxis. *Ut cæteræ Capillares herbæ adhibeatur.*
Pompholix, vide Nil, vel Nihil, eo quod leviſſimum eſt, & parvulum pondus magnam conſtituit molem.
Populi cortex in decocto.
Chriſtianus. *ad drachm. j.* *ad ii.* *ad unc. ß.*
Populi cortex in ſubſtantia.
Idem. *ad ſcrup. j.* *ad iß.* *ad ſcrup. ij.*
Schroderus. }
Boerhaave. } *ad ſcrup. ß. ad j.* *ad drachm. ß.* *ad j.*

Porri ſuccus unius defœcatus.

Claudinus. Succus Porri in jure, vel Porrum integrum ex aqua dilutum, & filtratum per linteum laneum pro potu exhibeatur.

Porri ſemen in Vino infuſum ad urinas ciendas exhibetur.

Geoffroy.	—— —— ——	—— —— ——	*ad drachm. j.*

Portulaca recens in decocto.

Chriſtianus.	*ad manip. j.*	*ad ij.*	*ad iij.*

Portulacæ ſuccus albumine ovi clarificatus.

Praxis. / *Geoffroy.*	*ad unc. iß.*	*ad iij.*	*a tribus ad jv.*

Portulacæ ſemen in ſubſtantia.

Barchuſen.	*a ſcrup. ß. ad j.*	*ad ij.*	*ad iij.*

Potentilla in ſubſtantia.

Chriſtianus.	*ad drachm. ß.*	*ad j.*	*ad ij.*
Barchuſen.	*a ſcrup. ß. ad j.*	*ad drachm. ß.*	*ad iß.*

Potentilla in infuſo.

Chriſtianus.	*ad manip. j.*	*ad iß.*	*ad iij.*

Priapus Cervinus, & Cervi Sanguis.

Lemery.	*a ſcrup. ß.*	*ad iß.*	*ad ſcrup. iij.*

Primulaveris in infuſo.

Barchuſen. / *Junckerus.*	*ad manip. ß.*	*ad j.*	*ad ij.*

Primulaveris ſuccus depuratus.

Praxis.	*ad unc. j.*	*ad ij.*	*a tribus ad quatuor.*

Pruni Gummi.

Eadem Praxis. Ut Arabicum Gummi adhibeatur.

Pruna Damaſcena dulcia macerata in aqua fervente per noctem, & jejuno ſtomacho eſa pro leniente.

Bateus.	*ad n. xij.*	*ad xvj.*	*ad n. xx.*
Praxis mea.	*ad n. jv.*	*ad n. vij.*	*ad x.*

Cum cyatho ejuſdem Aquæ in qua infuſa fuerunt, ut pluries experti ſumus in nobilibus Dominis, qui edebant jejuno ſtomacho Pruna, & iis ſuperbibebant cyathum ejuſdem aquæ infuſionis frigidæ, & alvus adſtricta tractu temporis lubrica evaſerat.

Pruni Sylveſtri ſuccus ſiccat. & pul.

Lemery.	*ad ſcrup. ß.*	*ad drachm. ß.*	*ad j.*

Pruni Sylveſtris florum ſuccus pro leniente.

Bateus.	*ad drachm. ij.*	*ad unc. ß.*	*ad integram.*

Pſitaci ſtercus ſic. & pul.

Lemery.	*gr. viij.*	*ad ſcrup. j.*	*iß.*

Pſilii ſeminum mucilago s. a. facta.

Meſues.	*ad drachm. j.*	*ad ij.*	*ad iij.*

Pſilii ſemen pulverizatum.

Claudinus.	*ad ſcrup. ß.*	*ad unum.*	*ad ij.*

Pulegium Montanum pul. & ſimilia.

Barchuſen.	*ad manip. ß.*	*ad unum.*	*ad iß.*
Geoffroy.	*ſi recens ſit pugil. j.*	*ſi vero ſiccat.*	*manip. ß.*

Pulmo Vulpis ſic. & pulverizatus.

Idem Barch.	*ad ſcrup. ß.*	*ad drachm. ß.*	*ad drachm. j.*
Payr.	*ad idem.*	*ad ſcrup. j.*	*ad ij.*

Putamina Nucum ſive teſtæ, & lignea intermedia ſic. in decocto.

Praxis.	*n. v.*	*n. x.*	*n. xv.*

Pul-

Pulmonaria in infuso.
Payr. ad manip. ß. ad unum. ad iß.

Pulmonariæ succus depuratus.
Christianus. ad drachm. ij. ad unc. ß. ad unam. exhibeatur cum aqua dilutus hederæ terrestris.

Pumex Lapis tritus in decocto.
Praxis. ad drachm. ß. ad j. ad ij.
Quotidie in Dosi jam præscripta renovetur, nec mos eorum sequatur, qui eo jam ebullito, iterum, ac sæpius utuntur, quod & de Antimonio in decoctis præceptum intelligatur.

Punicæ Mali succus.
Praxis. ad unc. j. ad ij. ad jv.

Punicæ Mali cortex in decocto.
Geoffroy. ad drachm. j. ad ij. ad unc. ß.

Punicæ Mali cortex in substantia.
Idem. ad scrup. j. ad drachm. ß. ad integram.

Pyrethrum pulverisatum.
Praxis. adhibeatur, ut Piper nigrum.

Pyrola in infuso.
Barchusen. ad manip. ß. ad j. ad iß.

Pyrola in substantia.
Geoffroy. ad scrup. ß. ad j. ad drachm. ß. ad j.
Christianus. ad drachm. ß. ad j. ad ij.
Nonnulli utuntur Pyrola in Cataplasmatibus, in Unguentis ad sanguinem sistendum, necnon ad plagas s. p. dissecandas &c.

P

COMPOSITORUM, AC PRÆPARATORUM THERAPEUTICÆ.

D O S E S.

PAnacea, seu Sulphur Antimonii fixum.
Hartmannus. ad gr. jv. ad gr. x. ad gr. xvi.

Panacea Antimonii cathartica.
Donzellus. ad gr. j. ad gr. iij. ad gr. v.

Panacea Antimonii emetica.
Lemery. ad gr. vj. ad xjv. ad xvj.

Panacea Antimonii famosissima.
Beguinus. ad gr. ij. ad vj. ad septem.

Panacea alba Mercurii.
Hartmannus. ad gr. v. ad x. ad xvj.

Panacea Antifebrilis.
Fraundorffer. a gr. viij. ad scrup. ß. ad gr. xij. ad scrup. j.

Panacea Hartmanni.
Bateus. *ad gr. vj.* *ad x.* *ad gr. xx.*
Panacea Holaſtica. Vid. Arcanum duplicatum.
Panacea Mercurialis.
Capellus. *ad gr. vj.* *ad gr. x.* *ad gr. xv.*
Panacea Quercetani, ſeu Sublimatum dulce purgans.
Beguinus. *gr. xij.* *gr. xx.* *gr. xxx.*
Panacea Schroderi. Vid. Mercurium præcipitatum fixum.
Panacea Sulphuris Antimonii, ſive Magiſterium, vel Præcipitatum Antimonii.
Lemery. *ad gr. jv.* *ad gr. viij.* *ad gr. xij.*
Panacea Vitrioli.
Mullerus. *ad gr. ij.* *ad gr. iij.* *à v. ad vj.*
Lemery. *ad gr. iſ.* *ad v.* *ad gr. vj.*
Panchimagogum.
Mullerus. *ad ſcrup. ß.* *ad integrum.* *ad drach. ſ.*
Lemery. *ad idem.* *ad idem.* *ad ſcrup. ij.*
Panchimagogum Crollii poſter. deſcript.
Crollius. *ad gr. x.* *ad gr. xv.* *ad gr. xx.*
Panis Farinæ hordei.
Praxis. *ad libitum.*
Panis ex Tritico.
Eximius Author. *A Clybano extractus odor naribus ſuſceptus præter cætera remedia contra Vomitum multum valet.*
Panis farinæ Orizæ.
Praxis. *ad pulmenta conficienda eo utatur.*
Panis Martius, vulgo Marzapano.
Lemery. *ad drachm. ij.* *ad ſex.* *ad unc. etiam bis quotidie.*
Panis Martius laxativus Sennerti.
Fraundorffer. *a drachm. iij. ad unc. ſ. ad drachm. vj. ad unciam.*
Paſſulæ Anthelminticæ.
Fuller. *Cochleare unum.*
Paſſulæ præparatæ, ſeu Electuarium de Paſſulis.
Lemery. *ad unc. ſ.* *ad integram.* *ad iß*
Paſſulæ laxativæ Mynſicht.
Auctor. *ad drachm. ij.* *ad unc. ß.* *ad drachm. vj.*
Penidium, ſeu Saccharum penediatum.
Lemery. } *Pro elegmate, & ad gratum ſaporem conciliandum pulveribus*
Praxis. } *ſæpius in die.*
Percarum Magiſterium.
Beguinus. *ad gr. v.* *ad gr. x.* *ad gr. xv.*
Petroleum, ſeu Oleum Saxi.
Valliſnerius. } *ad gutt. ij.* *ad jv. cum modico juſculi ſi non ſit febris.*
Praxis. }
Perchepeyer Anglorum, ſeu Precepierre, ideſt Rompipietra.
Capellus. —— —— —— *gr. lvj.* —— —— ——
Philonium Romanum.
Colleg. Bonon. *ad ſcrup. ſ.* *ad drachm. ſ.* *ad integram.*
Payr. *ad gr. v.* *ad ſcrup. ſ.* *ad integrum.*
Capellus, & quidem ſane. *ad ſcrup. ſ.* *ad unum.* *ad drachm. ſ.*
Lemery. *ad ſcrup. j.* *ad drachm. ſ.* *a ſcrup. ij. ad drach. j.*
Praxis. *ad ſcrup. ſ.* *ad unum.* *ad drachm. ß.*
cum ſit medicamentum valde igneum.

Phi-

Philonium Romanum pro Clyſtere.			
Praxis.	*ad ſcrup. j.*	*ad drachm. j.*	*ad ij.*
Pilulæ *ad deglutiendum repertum partim ob eorum amaritudinem, partim ex eo quod hæc forma diutius hæreat in ſtomacho, quam in forma liquida, partim propter nonnullos qui facilius ſolida deglutiunt quam liquida. Poterius.*			
Pilulæ Abſorbentes.			
Schulzius.	*ad ſcrup. ß.*	*ad unum.*	*ad drachm. ß.*
Pilulæ ad longam vitam.			
Lemery.	*ad idem.*	*ut ſupra.*	*ad ſcrup. iß.*
Pilulæ Æthiopicæ.			
Bateus.	*ad idem.*	*ad drachm. ß.*	*ad integram.*
Pilulæ de Agarico.			
Schulzius.	*ad idem.*	*ut ſupra.*	*ad ſcrup. iij.*
Pilulæ Aggregativæ.			
Idem.	*ad ſcrup. j.*	*ad ij.*	*ad tres, & ultra*
Pilulæ Alefanginæ.			
Idem.	*ad drachm. ß.*	*ad integram.*	*ad ij. & ultra.*
Pilulæ de Aloe lota.			
Rulandus.	*ad ſcrup. ß.*	*ad drachm. ß.*	*ad integram.*
Pilulæ de Aloe roſatæ.			
Schulzius. *Jantkius.*	*ad pauca grana ante cibum.*		
Pilulæ de Ammoniaco Quercetani.			
Lemery.	*ad ſcrup. j.*	*ad ij.*	*ad drachm. j.*
Pilulæ de Ammoniaco Magiſtrales Batei pro levi purgante.			
Bateus.	*ad ſcrup. ß.*	*ad integrum.*	*ad drachm. ß.*
Lemery.	*ad drachm. ß.*	*ad integram.*	*ad drachm. ij.*
Pilulæ Antimoniales.			
Bateus.	*ad ſcrup. ß.*	*ad ſcrup. ij.*	*ad iij.*
Pilulæ Angelicæ Bejeri, aut Francofurtenſes vocatæ, atque per univerſam Europam notæ ſatis.			
Lemery.	*ad ſcrup. ß.*	*ad unum.*	*ad iß.*
Capellus.	*magis purgant ad gr. viij. vel x. quam ad gr. xxx. aut xl.*		
Pilulæ Angelicæ aliæ.			
Bateus.	*ad ſcrup. ß.*	*ad ſcrup. j.*	*ad drachm. ß. ad ſcrup. ij.*
Donzellus.	*ad idem.*	*ad idem.*	*ad ſcrup. iß. & ultra.*
Pilulæ Arthriticæ Schæfer.			
Lemery.	*ad gr. vj.*	*ad ſcrup. ß.*	*ad unum.*
Pilulæ aureæ.			
Capellus.	*ad ſcrup. j.*	*ad tres.*	*ad quatuor.*
Pilulæ ad obſtructiones contumaces Riverii.			
Fraundorffer.	*ad ſcrup. ß.*	*ad unum.*	*ad drachm. ß.*
	Bis in hebdomada.		
Pilulæ Balſami Sulphuris Poterii.			
Fuller.	*ad ſcrup. ß.*	*ad drachm. ß.*	*ad integram.*
Pilulæ de Bdellio.			
Riverius.	*ad ſcrup. j.*	*ad ij.*	*ad iij.*
Pilulæ Becher.			
Mellichius.	———	*ad ſcrup. ß.*	*ad integrum.*
Pilulæ Cacheticæ Fuller.			
Author.	*ad ſcrup. j.*	*ad tres.*	*ad quatuor.*

Pilulæ Capitales Paracelsi.

Capellus.	*ad gr. iij.*	*ad xij.*	*ad gr. xx.*

Pilulæ de Creta Palmarii.

Bateus.	*ad gr. xv.*	*ad scrup. ij.*	*ad drachm. ij.*
	quotidie hora somni per dies xx.		

Pilulæ Catharales.

Schulzius.	*ad scrup. ß.*	*ad integrum.*	*ad drachm. ß.*

Pilulæ Catholicæ Galeni.

Colleg. Bonon.	*ad scrup. ß.*	*ad integrum.*	*ad drachm. ß.*

Praxis nobis demonstravit has Pilulas dolores gignere, & perturbationes molestas devorantibus eas, quapropter oportet post earum assumptionem pulmentum comedere, vel eas tantum sumere ante prandium, vel cœnam ad modificandum earum violentiam.

A Nonnullis Galeni Pilulas aliquando præscribere vidi cum additione granorum sex, vel septem Diacridii, animo ea actuandi, ac si in purgando inertes ipsæ, ac lentæ forent; ab effectibus suis semper habetur non indigere has Pilulas caadjuvantium, nec stimuli, quippequæ per se nimis catharticæ, ac perturbantes sunt. Ad hoc probandum Dosis ab Authoribus assignata conspiciatur, quæ testatur de illarum violentia in purgando, ut cauda de Vulpe admonet; componuntur eæ ex drachmis tribus Aloes purioris, drachmis duabus Colocynthidis pp. & anatico pondere Diacridii: ex dictis purgantibus manifesta apparet earum vis fere ipercathartica, & ideo stimuli numquam indigere, sed quidem præsidium, & cautelam inquirere opus est, uti superius nobis assignare placuit cum experientia, ne patientes, qui purgandi sunt ab iisdem a molestis doloribus, & diuturnis cruciatibus vexentur metu intestinorum inflammationis. Professores equidem observavi plures eas semper adhibuisse ad acuendas potius Pilulas Hermodactyllorum, vel de Succino Cratonis; quæ ad alvum purgandam inanes, vel fere inanes sunt, nisi stimulo aliquo, ut scrupulo semis, vel granis viginti Pilularum Catholicarum Galeni convalidentur.

Pilulæ Cochiæ Rasis.

Idem.	*ad drachm. ß.*	*ad j.*	*ad iß.*
Praxis.	*In minori Dosi cum nonnullo stimulo.*		

Pilulæ de Cynoglosso.

Lemery.	*gr. jv.*	*gr. x.*	*gr. xx.*
Capellus.	*gr. xij.*	*gr. xx.*	*gr. xxx.*

Pilulæ de Cinoglosso.

Dele Boe, Sylvius. / *Schulzius.*	*gr. iß.*	*gr. iij.*	*gr. jv.*

Pilulæ Detergentes Cortesii.

Lemery.	*ad drachm. ß.*	*ad j.*	*ad iß.*

Pilulæ Dekerii.

Barbette.	*n. ij.*	*n. iij.*	*n. jv.*

Pilulæ Divinæ, seu Angelicæ.

Donzellus.	*ad scrup. ß.*	*ad unum.*	*ad ij.*

Pilulæ diureticæ.

Fuller.	———	———	*ad scrup. j.*

Pilulæ Fuliginis.

Boerhaave ubi de Fuligine. In frigidissimis morbis curandis fortunato sæpe successu usus est Pilulis de Fuligine sicca.

Pilulæ Helvetii ad sanguinis fluxum sive specificum Helvetii.

Nigrisolus. Pluries in die scrup. j. ad. drachm. ß.

Pilu-

Pilulæ Gelii.
Idem. ad ſcrup. ij. ad drachm. iß. ad ij.

Pilulæ Francofurtenſes, ideſt Angelicæ Bejeri, ſatis omnibus notæ.
Lemery. ad ſcrup. ß. ad unum. ad drachm. ß.

Pilulæ Hermodactyllorum, quæ fere nihil purgantes ſunt.
Claudinus. ad ſcrup. j. ad ij. ad quatuor.

Praxis addit cuicunque Doſi aliquod ſtimulum e. g. Troebis : Alakandal gr. j. ad ij. uſque ad iij. vel Reſinæ Jalappæ gr. ij. iij. jv. ad vj. vel Diacridii gr. v. vel Pul. radicis Jalappæ gr. xv. ad ſcrup. j.

Pilulæ hydropicæ Bontii.
Allen. — — — ad ſcrup. ß. ad unum.
Lemery. ad ſcrup. j. ad iß. ad ij.

Pilulæ hydropicæ Batei.
Bateus. a gr. xv. ad drachm. ß. ad ſcrup. ij. & ultra.

Pilulæ hyſtericæ Fuller.
Fuller. — — — ad ſcrup. ß. ad unum.

Pilulæ hyſtericæ Frid. Hoffmanni.
Fraundorffer. — — — ad gr. vij. ad ſcrup. ß.

Pilulæ Imperiales.
Lemery. ad ſcrup. ß. ad iß. ad ij. ad drachm. j.

Pilulæ Indæ.
Claudinus. — — — — — — ad ſcrup jv.
Lemery. ad ſcrup. j. ad ij. ad drachm. j.

Pilulæ Lucis majores.
Idem. ad idem pondus. ut ſupra. ad drachm. iß.

Pilulæ Lunares Boylæi dictæ, *nil aliud ſunt pro Doſi, niſi gr. iij. ad viij. Cryſtal. Lunæ ſ. p. cum mica panis piſtæ, & Pilidæ confectæ.*

Pilulæ Lucis minores.
Idem. *Doſes in toto ut ſuperius dictum eſt.*

Pilulæ Marocoſtinæ.
Bateus. ad ſcrup. j. ad ij. ad drachm. j.

Pilulæ Martiales ſolutivæ.
Capellus. ad drachm. j. ad ij. ad iij.
Lemery. ad ſcrup. ß. ad drachm. ß. ad unam.

Pilulæ Mathæi, alias Starkii.
Bateus. ad gr. vij. ad ſcrup. ß. ad integrum.

Pilulæ Mercuriales in morbis Venereis; necnon in Rheumatiſmo, Meſenteriis, & viſcerum obſtructionibus.
Geoffroy. ad ſcrup. j. ad drachm. j. ad iß.
quotidie, vel alternis diebus exhibentur.

Pilulæ Mercuriales ad excitandam ſalivationem.
Capellus. — — — ad n. ij. ad n. iij. ad v.

Pilulæ ad gonorrhæam Charaz.
Nigriſolus. — — — ad drachm. ß. ad integram.

Hujuſmodi Pilulæ tunc ſolum exhiberi debent, quando jam omnis gonorrhææ malitia victa ſupponi poſſit. Sumuntur mane, & veſperi, longe a paſtu, continuando per plures dies illarum uſum.

Pilulæ de Mercurio crudo.
Fuller. ad ſcrup. ß. ad drachm. ß. ad ſcrup. ij.

Pilulæ de Mirrha.
Idem. ad idem pondus. ad ſcrup. j. ad ij.

Pilu-

Pilulæ Palmarii incomparabiles.
Capellus. —— —— —— *a scrup. ij.* *ad scrup. jv.*
Pilulæ Polycrestæ Aquæ Pendentis.
Grulingius. *ad scrup. ß.* *ad integrum.* *ad ij. scrup.*
Pilulæ de Pice.
Bateus. —— —— —— *ad drachm. ß. bis quotidie.*
Pilulæ Plebani, ideft S. Fucæ.
Praxis Veneta. Pro purgante. *a scrup. ß.* *ad integrum.*
In acutis morbis ad explorandas primas vias. grana x. ad gr. xv.
Pro purgante per intervalla ante cœnam. n. ij. n. iij. n. v.
Pilulæ de Rhabarbaro.
Morellus. *ad scrup. j.* *ad ij.* *ad quatuor.*
Vitrum — *Notum eſt quod Vitrum quam ſubtiliſſime etiam teratur, & levigatur, nihilominus Ventriculum, & Inteſtina ſucceſſu temporis terebrare, aut ad minimum exulcerare —— An non igitur ſimile quid ab aliis quibuſdam Gemmis, Cryſtallo, Smaragdo, Saphyro, Rubino metuendum ſit, cuivis prudenti diligentius expendendum reliquo. Zvvelferus &c. Pharm. Auguſt. p. m. 196.*

Ulmaria in infuſo.

Barchuſen.	*ad manip. ß.*	*ad j.*	*ad iß.*

Ulmariæ extractum radicis.

Geoffroy.	*ad ſcrup. j.*	*ad drachm. ß.*	*ad integram.*

Umbilicus marinus in ſubſtantia.

Lemery.	*ad ſcrup. ß.*	*ad j.*	*ad ij.*

Ungula Alcis limata, & pul.

Barchuſen.	*a ſcrup. ß. ad j.*	*ad drachm. ß.*	*ad integram.*
Schroderus.	*ad ſcrup. ß.*	*ad integrum, & ultra.*	
Jantkius.	*ut ſupra.*	*ad j.*	*ad iß.*

Unguis Muli raſa, & pul.

Lemery.	*ad ſcrup. j.*	*ad drachm. j.*	—— —— ——
Aliorum Animalium.	*ad ſcrup. ß.*	*ad j.*	*ad ij.*

Ungulæ hominis ſcobs in ſubſtantia.

Lemery.	—— —— ——	—— —— ——	*ad ſcrup. j.*

Unguium humanarum ſcobs in Vino infuſa.

Idem.	—— —— ——	—— —— ——	*ad ſcrup. ij.*

Unicornu *autem eruditis incertum Cervino Cornu nihilo valentius eſſe. Junghen Legic. p. m. 330.*

In Unicornu veri inopia, Cornu Cervino dignatus eſt Deus, & eadem potitur virtute. Muſitanus de feb. cap. 25. p. m. 125.

Unicornu foſſile pul. & porphyriſatum, ut diaphoreticum.

Chriſtianus.	*ad ſcrup. j.*	*ad ij.*	*ad drachm. j.*
Lemery. / *Junckerus.*	*a gr. viij.*	*ad ſcrup. j.*	*ad drachm. ß.*

Unifolii radix in ſubſtantia.

Lemery.	*a ſcrup. ß. ad j.*	*ad drachm. ß.*	*ad ſcrup. ij.*	*ad iij.*

Urina Juvenis ſani.

Idem.	*ad unc. ij.*	*ad v.*	*ad vj.*

Urſi Fel ſiccat. & pulveriz.

Idem.	*a gr. j.*	*ad gr. jv.*	*ad gr. viij.*

Urticarum ſuccus defœcatus.

Praxis.	*ad unc. iſs.*	*ad iij.*	*ad unc. v.*

In hæmophthyſi poteſt dulcari cum Syrupi de Symphito Boylei drachm. j. in ſingulis ſucci unciis. Hæc regula univerſalis eſt ad quævis edulcoranda, & pro quocunque fluido ne nimis ſit, vel parum dulce. Activior erit ſuccus Urticæ non defœcatus, quia ſimul continebit ſuas partes terreſtres, quæ valde ſunt ſtegnoticæ, & nil deperditur ſicuti in defæcatione fit: hoc eſt cum experientia.

Urtica in decocto.

Chriſtianus.	*ad manip. j.*	*ad ij.*	*ad iij.*

Uſnea Cranii humani.

Praxis.	*ad gr. vj.*	*ad ſcrup. ſs.*	*ad j.*

In Galliæ Regionibus cranium ipſum ſubſtituitur Uſneæ Cranii.

Uva acerba, ſeu Omphatium, vel Agreſtis Uva.

Eadem. *Ejus ſuccus ſumitur in potionibus cum Sacchara ad gratam aciditatem.*

Uvæ Damaſcenæ.
Uvæ Paſſæ. } *In decocto pro re pectorali.*
Uvæ Corinthiacæ.

Geoffroy.	*ad drachm. ij.*	*ad unc. ſs.*	*ad j.*

Uvæ paſſæ pulpa recenter per cribrum tracta pro leniente.

Praxis.	*ad unc. ſs.*	*ad iſs.*	*ad unc. ij.*

Superbibendo iis Doſibus Aqua com. in alvo ſtricta.

Uvæ Urſi baccæ.

Eadem.	*a ſcrup. ſs.*	*ad j.*	*ad drachm. ſs.*

Uvæ Urſi radix in decocto.

Chriſtianus.	*ad drachm. ſs.*	*ad j.*	*ad ij.*

Uvæ Urſi radix in ſubſtantia.

Idem.	*ad ſcrup. j.*	*ad iſs.*	*ad ij.*

Uvæ Urſi folia in infuſo, vel decocto.

Barchuſen.	*ad manip. ſs.*	*ad j.*	*ad iſs.*

Uvæ Urſi folia in ſubſtantia.

Idem.	*a ſcrup. ſs. ad j.*	*ad drachm. ſs.*	*ad j.*

Vulpis Pulmones ſiccat. & pulv.

Barchuſen. *Doſes ſunt ut ſupra.*

Vulturis caro ſiccata, & pul.

Idem.	*a ſcrup. ſs. ad j.*	*ad drachm. ſs.*	*ad j.*

V

COMPOSITORUM, AC PRÆPARATORUM THERAPEUTICÆ.

D O S E S.

VErbenæ extractum.

Geoffroy.	—— —— ——	*ad drachm. j.*	*etiam bis in die.*

Veronicæ extractum.

Idem.	*ad drachm. ſs.*	*ad integram.*	*ad iſs.*

Vermes, ſeu Lumbrici terreſtres pp. & pul.

Christianus.	*ad ſcrup. ß.*	*ad j.*	*ad iſs.*
Praxis.	—— —— ——	*ad ſcrup. j.*	*bis quotidie.*

Vel adhibeantur ut pul. Viperinus.

Vina generoſa *exotica dulcia ob pinguedinem ſuam ſpecierum principia ſulphurea commode non ſolvunt, atque hinc infuſis parandis non conveniunt. Junckerus.*

Vina generoſiora pro Cordialibus in Infirmis, pro Alexipharmacis, & Diaphoreticis.

Praxis. *Per Cochlearia interpolate.*

Poterius de Feb. lib. 11. *cap.* 28. *In malignis, atque in ipſo contagio Vinum eſſe tutum agnoſcimus.*

Bartolinus. Pro valido diaphoretico Vinum rhenanum commendat: exempla plura apud nos memoriæ occurrunt: Hiſt. Anat. & Med. Cent. vj. hiſt. vij.

Fridericus Hoffmannus Cl. experientia annorum circiter quadraginta, tandem teſtatus eſt, nullum inveniſſe tutius, efficaciuſque remedium cordiale Vino optimo, ac generoſiori.

Item Bartolinus. In feb. mal. Vino (ſcil. rhenano, vel hujuſmodi alio) nihil datur excellentius. Malignitas dignoſcitur ex motuum, & Virium defectu, nec non valde depreſſa Sanguinis ſpirituaſſentia, ex tardo circulo ejuſdem, quæ cuncta diſpoſitionem quandam cruoris ad putredinem deſignant. Igitur in iis morbis reſtaurare vires, ſpiritus erigere, circulum Sanguinis liberum reddere, traſpirationem movere expedit; & in eo verſatur alexipharmacorum virtus. Quod Vinum hæc omnia præſtat, nolumus pluribus auctoritatibus, quibus Practicorum libri pleni ſunt, confirmare, ſed confugimus ad ſolam experientiam, quæ nobis conſtat, plures ex malignis morbis evanuiſſe ſolius Vini moderato uſu. Diſſert. de Vini Rhen. præſtan. cap. 6. §. 13.

Tralianus. Vinum omnium maxime univerſim ſubito, & celeriter vires collapſas refocillare poteſt.

Galenus lib. ij. Aph. 18. *Celerrime, & maxime Vinum univerſum alit. Vinum ſolum nutrit. Idem Cl.* 7. *p. m.* 200.

Idem de tuenda valetud. lib. 4. *cap.* 4. *Ait urinam promovere, ſudorem, & ſomnum conciliare Vinum.*

Paullus Egineta, & Tralianus commendabiles Græci Vinum aſſerunt eſſe verum, & naturale cordiale, a quo vires deficientes, & calor naturalis recreantur; coctionem faciliter, & humores probos Vinum inducit.

Para-

Paracelsus, & Quercetanus. Vinum appellabant Principem omnium Vegetabilium, & Vitæ Sanguinem.

Loredanus. Vinum pectus exhilarat, & in jucunditatem creatum, & non in ebrietatem.

Vina generosiora in Convalescentibus.

Eadem Praxis. Cyathum semis, vel integrum.

Vini Spiritus.

Eadem. Cochleare semis.

Vinum Absinthiacum.

Donzellus. ad unc. ß. ad j. usque ad jv.

Geoffroy. ad unc. iß. ad jv. ad vj.

Vinum Absinthiacum Zedoariatum.

Praxis. Ut Vino Absinthii utatur.

Vinum Amarum.

Fuller. ad coch. ij. ad quinque. ad septem.

Vinum Angelicæ.

Donzellus. Cyathum semis.

Vinum Antiscorbuticum.

Mynsicht. ad unc. ß. ad ij. ad jv.

Vinum Arthriticum.

Bateus. ut supra. ad unc. j. ad ij.

Vinum Arthriticum purgans.

Idem. ut supra. ad unc. ij. ad jv.

Vinum Cardiacum sub nomine Mixturæ cordialis Fulleri.

In Languoribus.

Fullerus. ℞. Vini Canar. unc. viij. Vitel. Ovor. n. j. ol. Cinnam. Nucis Moscatæ an. gutt. jv. Sacch. alb. unc. ß. Succi Chermes unc. ij. m. ad cocbl. iij. per Epicrasim.

Vinum Chalybeatum.

Donzellus. ad unc. ß. ad ij. ad ut supra.

Vinum Scordii.

Geoffroy. ad unc. ij. ad jv. ad octo.

Vinum Chalybeatum simplex Sennerti.

Sennertus. ad unc. iij. ad vj. ad octo.

Vinum Chalybeatum Fulleri, bis quotidie sumendum.

Fullerus. ad cochl. ij. ad unc. iß. ad iij.

Vinum Cerasorum Acidulorum.

Praxis. ad unc. j. ad ij. ad iij. vel per cochlearia ut Vinum Granatorum.

Vinum Cydoniorum, & similia.

Payr. a drachm. ij. usque ad unc. jv.

Praxis. Ut Vinum Cerasorum.

Vinum Diureticum ab hidrophobiam Sennerti.

Jantkius. ab unc. j. ad iß. ad iij. ad jv.

Vinum Ecphraticum diureticum nobile.

Bateus. ad unc. j. ad ij. ad iij. ter in die.

Vinum Croceum.

James. Ad Medici judicium.

Vinum compositum *in stomachi athonia, & intestinorum, nec non in Dyarrhæa, & Dyssenteria a vulgo detto Vin brullito. ℞. Vini generosioris lib. ij. Nucis myristic. Cinnamomi triti, Caryophyllor. contus. an. drachm. semis: recipiantur in concavo vitreo, & lente bulliant ad remansionem unciarum xv. coletur, & pro usu exhibeatur ægroto gelidum.*

Vin

Vin brullito a vulgo. Vide Vinum Compositum in stomachi athonia &c. *Ingredientia dicti Vini prius torrefacta sint.*

Vinum Emeticum.			
Lemery.	*ad unc. ß.*	*ad iß.*	*ad iij.*
Vinum Emeticum Lusitani.			
Fraundorffer.	*ad unc. ij.*	*ad v.*	*ad octo.*
Vinum Granatorum acidulorum.			
Payr.	*ad unc. j.*	*ad ij.*	*a tribus ad jv.*
	vel per cochlearia interpolate.		
Vinum Elleboratum.			
Poterius.	*ad unc. ij.*	*ad jv.*	*ad vj. quotidie.*
Vinum Hypocraticum.			
Donzellus.	*ad unc. j.*	*ad iij.*	*ad quinque.*
Vinum Hydropicum.			
Fuller.	*ad unc. ß.*	*ad ij.*	*ad jv.*
Vinum Hydropicum Junckeri.			
Jantkius.	*ab unc. j. ad iß.*	*ad iij.*	*ad jv.*
Vinum Itericum.			
Fuller.	*ad unc. ß.*	*ad ij.*	*ad jv.*
	Bis quotidie.		
Vinum Hungaricum.			
Idem.	*ad idem.*	*usque ut supra.*	
Vinum Malvaticum.			
Payr.	*ad drachm. ij.*	*usque ad unc. jv.*	
Vinum Martiatum D. M.			
Fraundorffer.	*ad unc. ß.*	*ad integram.*	*ad unc. ij.*
Vinum Martiale Salæ.			
Donzellus.	*ut supra.*	*ad unc. iß.*	*ad iij. unc.*
Vinum medicatum contra Gonorrhæam.			
Capellus,	—— —— ——	*ad unc. jv.*	*ad septem.*
Vinum Purgans ad hydrop. Berb.			
Jantkius.	*ab unc. j. ad iß.*	*ad iij.*	*ad jv.*

Vinum Rhabarbaratum hoc modo paratum.

℞. Rhabarb. triti unc. ß.
Vini unc. viij.

stent simul in vase vitreo clauso per aliquot horas in cinerario calido: dein coletur pro usu.

Praxis.	*ab unc. j. ad iß.*	*a ij. ad iij. unc.*	*a iij. ad j.*
Vinum Rubi Idæi.			
Payr.	*a drachm. ij.*	*ad unc. jv.*	—— —— ——
Vinum Sennatum.			
Donzellus. —	*ad unc. j.*	*ad iij.*	*ad vj.*
Vinum Stomachicum ante, & post pastum.			
Fuller.	*haustulus pro vice.*		
Vinum Viperinum.			
Bateus.	*ad unc. iß.*	*ad iij.*	*ad jv.*
Vinum Zedoariatum.			
Donzellus.	*Ut Vinum Angelicæ adhibeatur.*		
Violarum Infusio ad summum saturata.			
Praxis.	*ad unc. iij.*	*ad vj.*	*ad octo.*

Viri-

Viride Æris ad vomitum mox ciendum.

Boerhaave.	*ad gr. semis.*	*ad j.*	*ad ij. grana.*
Lemery.	*ad idem.*	*ad gr. ij.*	—— —— ——

Vitriolum album depuratum pro Vomitorio in aqua, vel vino exhib.

Dele Boe. Sylvius.	*ad scrup. ß.*	*ad j.*	*a drachm. ß. ad scrup. ij.*
Mangetus.	*ad scrup. j.*	*ad ij.*	*ad drachm. j.*
Tencke. Junckerus.	*ad scrup. ß.*	*ad j.*	*ad drachm. ß.*

Vitriolum Jovis.

Beguinus.	*ad gr. ß.*	*ad ij.*	*ad iij.*

Vitriolum Lunæ, seu Magisterium Lunæ.

Boerhaave.	*grani pars sexta.*	*ad gr. ij.*	*ad iij.*
Bateus.	*ad gr. j.*	*a gr. ij. ad jv.*	*ad gr. vj.*

Vitriolum Martis.

Bateus.	*ad gr. ij.*	*ad jv.*	*ad gr. vj.*
VVedellius. Sennertus.	*Pro levissimo Vomitorio.*	*a gr. j.*	*ad gr. ij.*

Vinum Martis pro hydragogo.

Boerhaave. *ad scrup. j. ad ifs. ad drachm. j. ad scrup. jv. usque.*

Vinum Veneris.

Idem. *Aquas violenter educit ad granum unum.*

Virgæ Aureæ extractum.

Geoffroy. —— —— —— *ad drachm. ß. ad j. usque ad ij.*

Vitriolum Vomitivum.

Beguinus.	*ad scrup. ß.*	*ad drachm. ß.*	*ad integram.*

Mullerus pro Vomitorio ad gr. x. ad scrup. j. ad drachm. ß. cum Vino.

Vitriolum album, seu ad Albedinem ad Solem calcinatum.

VVedellius inquit, Novimus quosdam cum successu uti Vitriolo albo, saltem a grano uno quotidie dato, & per aliquot dies continuato; unde blanda quædam salivatio oriebatur. Vitriolum enim est emeticum justa Dosi datum; minari vero continuatum, cum movere Vomitum non possit, saltem salivam in os movet, uti idipsum fit in Vomitussientibus. Amænit. lib. 2. sect. 2. c. 16.

Vitrioli Dos ante cœnam, vel prandium.

Schulzius.	*ad gr. vj.*	*ad xv.*	*ad gr. xx.*

Vitrioli Spiritus sulphureus.

Lemery.	*gutt. iij. ad jv.*	*gutt. viij.*	*ad gutt. x.*

Vitrioli Spiritus acidior.

Idem. *ad gratam aciditatem.*

Vitriolum Veneris.

Forestus. —— —— —— —— —— —— *ad grana sex.*

Vitrum Antimonii in infuso.

Jantkius.	*ad gr. iij.*	*a jv. ad viij.*	*ad gr. x.*

Vitrum Antimonii pul. pro emetico.

Capellus.	*ad gr. j.*	*ad iij.*	*ad jv.*
Lemery.	*a gr. j. ad ij.*	*a iij. ad jv.*	*ad v. usque vj.*

Junckerus. *Pro varia ægri ætate, affectu, robore, vitæ genere, aut consuetudine.* *a gr. jv.* *ad gr. viij.*

Vitrum Antimonii correctum.

Lemery.	*ad gr. jv.*	*a gr. viij. ad x.*	*ad gr. xv.*

Vitrum Antimonii Joviale pro emetico in Epilepsia.

Idem.	*ad gr. j.*	*ad iij.*	*ad jv.*

Vitrum

Vitrum Antimonii hyacinthini ceratum adversus Dyarrhœas, & Dyssenterias contumaces.

James. Dosis ordinaria in Adultis est gr. x. ad xij. sed generaliter incipitur a gr. vj. augendo deinde Dosim.

In Adulto robustiore ad scrup. j., & operabat.

Sæpe sæpius in Adulto grana tantum x. agunt in morbi principio, ut xx. grana agunt in fine.

Interdum Nauseam, & Vomitum remedium hocce promovet: fere semper purgat.

Capellus. a gr. j. usque ad gr. xx. cum Conserva in forma boli.

Auctor. Remedium hoc, ob ejus operationis asperitatem valde metuendum est, quotiescumque nobis a Nonnullis Professoribus effectus proficui ostendantur. Mihi quidem aridet Pringle sequentibus verbis — ho sempre desiderato poter condurre in porto il paziente con una più innocente Medicina.

Geoffroy. Vitrum habemus Antimonii hyacynthini multo magis emendatum, nec non in minori Dosi.

Ulmariæ extractum.

Geoffroy.	*ad scrup. j.*	*ad iß.*	*ad drachm. j.*

Unguentum Balsamicum flos unguentorum dictum ab Anglis.

Capellus.	*a scrup. j.*	*ad iij.*	*interdum vulnerarium est.*

De Inunctione Mercuriali.

Unctio mercurialis non est spernenda: quin potius eligenda, cum sit omnium certissima, dummodo recte administrata fuerit. Id autem ut fiat, Æger rationalem, & expertum sibi eliget Medicum. Fabricius Hild. cap. v. p. m. 494.

Si multos errores vidisse dicant, ignarorum applicationem malam accusent, & non Medicamen. Massa de morb. gal. p. m. 85.

Et si interdum malus effectus præfatas inunctiones mercuriales sequatur, hoc fit errore Empyricorum. Jo. Benedictus de morb. Gal. p. mor. 155.

Clament, dummodo habeam pro me auctoritatem, rationem, & experientiam. Id. m. 155.

Unctio mercurialis si nocet magis juvat, & nocumenta sunt corrigibilia, ut experientia patet. Massa de morb. Gal. p. m. 8. 2.

Docto, & experto Medico Symptomata illa metum nullum afferre debent. Musitanus de Lue Vener. p. m. 132.

Patiantur ergo fauces, palatum, & gingivæ, ne totum pereat corpus. Lanzonus exercit. m. p. m. 108.

Vomitorium Aluminis, seu Serum Aluminatum Platerii.

Hartmannus.	*ad drachm. iß.*	*ad iij*	*ad unc. ß.*

Urucu.

Lemery.	*ad scrup. ß.*	*ad drachm. ß.*	*ad integram.*

Uvæ passæ, seu Passulæ solutivæ.

Antid. Bonon. novum.	—— ——	*ab unc. j.*	*ad ij.*

X

SIMPLICIUM, ET COMPOSITORUM, NEC NON PRÆPARATORUM DOSES.

Xantii Semen in ſubſtantia in Vino albo propinatum.			
Geoffroy.	——— ——— ———	——— ——— ———	*ad drachm. ſemis.*
Xantii Succus ad ſtrumas, & ſanguinem depurandum.			
Idem.	*ad unc. ij.*	*ad jv.*	*ad unc. vj*
Xantii Extractum.			
Idem.	——— ——— ———	——— ——— ———	*ad drachm. j.*
Xantii Folia in infuſo.			
Barchuſen.	*ad manip. ß.*	*ad j.*	*ad iß.*
Xanxus pul. & porphyrizatus.			
Lemery.	*a ſcrup. ß.*	*ad j.*	*ad drachm. ß.*
Xylobalſamum in ſubſtantia.			
Chriſtianus.	*ad ſcrup. j.*	*ad iß.*	*a ſcrup. iij.*
Geoffroy.	*ad drachm. ß.*	*ad j.*	*ad drachm. ij.*
Xylobalſamum in decocto.			
Idem.	*ad drachm. j.*	*ad ij.*	*ad unc. ß.*
Xyloaloes in ſubſtantia.			
Payr.	*ad ſcrup. ß.*	*ad ij. ſcrupulos.*	——— ——— ———
Praxis.	*ad drachm. ß.*	*ad integram.*	*ad iß.*
Xylon Semen in ſubſtantia.			
Chriſtianus.	*ad ſcrup. j.*	*ad drachm. ß.*	*ad j.*
Xylon Semen contuſum in decocto.			
Praxis.	*ad pug. ß.*	*ad j.*	*ad iß. ad ij.*
Xyridis Semen pul. pro diuretico, & purgante.			
Matthiolus.	*ad ſcrup. ß.*	*ad j.*	*ad drachm. j.*
Payr.	*ad gr. j.*	*uſque ad ſcrup. j.*	——— ——— ———

SIM-

Z

SIMPLICIUM, ET COMPOSITORUM.

NEC NON

PRÆPARATORUM

DOSES.

ZAzenea Musa.
Lemery. *ad scrup. ß.* *ad drachm. j. usque.*
Zedoariarum Radices in substantia.
Geoffroy. *ad gr. vj.* *ad scrup. j.* *ad drachm. ß.*
Barchusen. *ad scrup. ß.* *ad drachm. ß.* *ad integram.*
Zedoariatum Radices in infuso.
Geoffroy. *ad drachm. ß.* *ad j.* *ad ij.*
Zibeth.
Praxis. *ad gr. ß.* *ad ij.* *ad iij.*
vel ut Moschus.
Payr. *ad gr. ß.* *ad gr. vj.* — — —
Zingiber pulverizatum.
Geoffroy. *ad gr. v.* *ad x.* *ad xv.*
Payr. *ad gr. j.* *ad scrup. j. usque.*
Nonnulli. *adhibeatur ut Piper nigrum.*
Zingiber in infuso, vel decocto.
Praxis. *ad scrup. j.* *ad drachm. j.* *ad ij.*
Geoffroy. *ad drachm. ß.* *ad ij.* *ad unc. ß.*
Zingiber laxativum.
Lemery. *ad drachm. j.* *ad ij.* *ut supra.*
Zingi. Vide Anisum indicum, seu stellatum.
Zingiber Rosatum.
Mynsicht. *Castaneæ quantitas.*
Zingiber Saccharo confectum.
Geoffroy. *a drachm. j.* *ad unc. ß.* *ad integram.*
Zystus, seu Birra a vulgo.
Praxis. *Utitur per Cyatha ut Vinum.*
Zymosis, sive Fermentum ex Tritico.
Praxis. *Associatum Emenagogis adhibetur a drachma semis ad integram cum Croco &c. vel Myrrhæ pulvere, vel flavedine Aurantiorum. E. g. Mulierculæ Bononienses, ac Mutinenses remedium hocce hoc pacto conficiunt, Pomum aurantium deplent ab acido, & seminibus, & substituunt eorum loco Fermentum, & Crocum in filamentis, & ita præpara-*

tum Pomum sub Camino suspendunt, usque dum exsiccatum sit; deinde pulverem conficiunt ad sanandam Caceticam: Dosis est, a cochleare semis quotidie cum Vino, alii vero usque ad drachmas ij. quotidie ut supra.

Hactenus de Dosibus, & Remediis internis Simplicibus, & Compositis; nec non de suis Animadversionibus, & Eruditionibus pro toto Anno 1760. Authori notis.



PHAR-

PHARMACOPEA
CHIRURGICA PARTICULARIS
IN QUA
CLARISSIMORUM VIRORUM
SELECTIORA REMEDIA
REPERIUNTUR

Cum nonnullis excogitatis, & quoquè expertis.

PAULI ANDREÆ PARENTI.

Si omnia fecit ut sanaret, peregit Medicus partes suas.

Seneca lib. 7. de Beneficiis.

LECTORIBUS BENEVOLIS

PAULUS ANDREAS PARENTI.

CUM Liber meus, cui titulus eſt de Doſibus Medicamentorum, iterum in lucem prodire debeat non paucis locupletatus novis Remediis, ac Animadverſionibus circa nonnulla medicamenta; hoc mihi viſum eſt tempus, quo Amicorum, & Chirurgorum iteratis inſtantiis ſatisfacere poſſem. Cupiunt iſti, ut & alteri Liberculo meo de Medicamentis Chirurgicis per gradus & claſſes diſtincto aliquis particularis addatur; in eorum ergo gratiam accedat ad calcem hujus editionis Tractatulus, & qui & genio, & egeſtati cupientium facile ſatisfaciet. In hoc non alium ſervare ordinem animus fuit, niſi eum, quem mihi miſcellanea quædam mea voluminoſa admodum exhibuit; continet iſta non pauca quidem, & probe excogitata remedia pro morbis tam internis, quam externis edomandis, ex hiſce ultimis aliqua deprompſi, quæ & utiliora, & tutiora ad praxim mihi viſa ſunt. Potuiſſem, non inficior, ſat facili negotio Tractatulum hunc clariori dictare ordine, at multis de cauſis id non peragendum putavi, quarum prior, & potiſſima eſt, ut totum

tum attente legere, ſeduloque perpendere debeant quicunque ſcire cupiunt quid in ſe boni contineat. Plura lubenter darem, niſi ætas mea jam jam ingraveſcens, & occupationes maximæ plura nunc dare vetarent. Vetant tamen, & ſi Diis placuerit, non ſemper fortaſſe vetabunt; tunc ſi intellexero labores hoſce meos benevole vos excepiſſe, alia me daturum promitto.



De

De Clysteribus, & Injectionibus.

CLyster, Clysma, Enema est liquor impraegnatus facultate medicinali per Siphonem tepide in anum injiciendus,

Facultates Clysterum sunt emolliendi, purgandi, alterandi; sedandi, flatus discutiendi, abstergendi, adstringendi, involvendi, nutriendi, & plures aliæ, quarum nonnullas tantum indicabimus, alias ad Medicum Physicum spectantes omittemus.

Clysteres in qua Dosi sint instituendi.

SChroderus, & Payr pro trium annorum Infantibus assignant uncias duas ad tres. Christianus pro Adultis uncias quatordecim; Payr vero uncias duodecim, & subinde, sed rarius ultra præscribitur, Gravidis autem in minori quantitate.

In usu Clysterum animadversio.

HIldanus cent. I. obser. chir. 77. p. 56. asserit, usum Clysterum maximum esse dummodo recte adhibeantur; quod præter cætera fieri debet, habita legitimæ collocationis ægrotantis ratione. Ut autem demonstremus in quo latere æger decumbere debeat, considerandus est situs Coli intestini, quod oritur a Cæco ad dexterum renem, & ad Jecoris cavum vergens reflectitur, & convolutum sub Ventriculi fundo progrediens ad sinistram Lieni accumbit, moxque in posterum vergens ad sinistrum Renem descendit, cui alligatur, ibique multo angustius quam in reliquis partibus efficitur, cellulisque caret, postea descendit, & quum duos gyros fecerit, in rectum desinit intestinum. Ex his perspicuum est, Ægrum in dexterum latus esse collocandum, quum alioquin, si in sinistrum latus depositus sit Æger, tota moles viscerum tunc rectum intestinum, maxime postremam partem Coli (quæ sub splene descendit, & ad renem sinistrum annectitur) comprimat, adeo ut Clyster ulterius ad capacitatem Coli progredi nequeat, sed in duobus inferioribus gyris Coli remaneat, nec diutus retineri possit. In dexterum vero latus decumbente Ægro, Clyster facile usque ad reflexionem sub Liene, deinde sine obstaculo usque ad Valvulam ducitur. Atque sic Æger, quum diutius Clysterem retinuerit, majorem quoque inde fructum percipiet.

Sapones sunt lenientes soluti pro Enemate, & in forma semielliptica redacti pro suppositoriis, quæ sæpenumero plus conferunt, quam omnia per os sumpta, præsertim si malum in intestinis hæreat. Ita Boerhaavius.

Clysteres ad Febres intermittentes pro Chirurgis, qui Rus habitant.
Ex Van-Svvieten.

UBI autem amari corticis peruviani saporem fastidiunt nimis Ægri, vel a Juvenibus impetrari nequit, ut corticem, aut varia ejus præparata assumant, tuto, & æquali cum successu clysmate injectum corticis decoctum, vel ejus pulvis aqua dilutus, idem omniuo efficit; nisi quod majori corticis copia, tripla nempe plerumque, opus sit, quam si pes os assumatur. Uno autem, alterove Clysmate ex Melle cum Sale gemmæ, vel simili, prius tunc eluenda est alvus, ne fœces in crassis intestinis obstent, sic ut postea diutius Clysmata ex cortice peruviano parata vacuis intestinis retineri possint. Simul enim notandum, hæc Clysmata, cum scopus sit illa retinere in corpore, uncias quinque vel sex non debere excedere in Adultis, vel unciam unam aut alteram in Juvenibus, ne mole sua intestina ad excretionem irritent. Uncia una Corticis in substantia sufficere

solet; si vero decocti forma, sumatur dupla quantitas: ubi autem per Clysmata injicitur, tripla plerumque copia adhiberi solet; & quandoque adhuc major, imprimis si hæc Clysmata non satis diu ab Ægris retineri potuerint.

Observat etiam Sydenhamius epist. 1. respons. pag. 384. quo magis febris sive sponte sua, sive regimine calidiori, ad constitutionem accedit, eo majori corticis quantitate opus esse, adeo ut aliquando sesquiuncia, & duabus unciis se ad febres tales fugandas indiguisse testetur.

Ex Fullero.

SI satis diu retinere Clysma Æger nequeat, decoctioni vel pulveri corticis peruviani addenda erit Corticis Malorum punicorum contusorum, vel florum ejusdem uncia.semis, vel supradicto colato, vel pulveri paddi possunt aquæ Cinnamomi drachm. ij. ad jv. & ultra.

Pueris tutius opem ferre quam Adultis, observat Helvetius Parisiensis, qui de China China &c.

Exemplum.

℞. Chinæ Chinæ s. p. unciam ß. vel integram,
Aquæ comm. tepentis uncias v.
M. & injiciatur statim cessato paroxysmo, atque ter in die repetatur, quousque febris abigatur.

Aliud Exemplum.

℞. Chinæ Chinæ s. pul. uncias duas,
Corticum Malicorii contus. unciam ß.
M. concoque multiplici coctione in aqua fontis, donec redeat lib. ß. colatura turbida fere refrigerata injiciatur.

Clysteres nutrientes, & confortantes pro iisdem in eodem casu.

NOnnulli negant, dari Enemata vere nutrientia. Fullerus, & alii hoc sustinent, & sic Colon (inquit ille cum aliis) habere vasa lactea, licet pauca. Sæpius ipse Auctor notavit, Enema de Malicorio injectum xxjv. horas, & ultra retineri, & proximam subsequentem dejectionem omnino solidam fuisse. Petrus Borellus cent. 1. obs. 56. vidit quamdam Clystere e vino injecto inebriatam fuisse. De qua re vid. Philosoph. Trans. n. 37. p. 271. Apud Hyldanum cent. 4. obs. 30. Mulier per sex hebdomadas nil fere per os assumebat, sed Clysterum beneficio ita fuit nutrita, ut gravida ad constitutum tempus fœtum gestarit, feliciterque pepererit. Multa possem ejusmodi proferre, sed hæc sufficiant ad probandum, dari Clysmata nutrientia, & alimentativa.

Clyster nutriens, & confortans ex Morello.

℞. Jnris Carnium uncias xij.
Sacchari unciam ß.
Vini Rhenani uncias ij.
Confect. Alchermes drachm. ij.
M. fiat Clyster.

Saccharo substituerem Saccharum rosatum, & quidem ad unc. j.

Autho-

Authoris, idest Pauli Andreæ Parenti.

℞. Panis Martii uncias duas,
Vitell. Ovorum n. ij.
Juris Gallinacei uncias viiij.
Aquæ Cinnamomi drachm. j. ſſ.
Omnia ſimul diſſolvantur, & fiat Clyſter tepide injiciendus.

Ejuſdem.

℞. Gelat. ex Articnl. Vitul. uncias vj.
Cocholatæ cum Vaynilla in aq. Meliſſæ ſolut. uncias ij.
Vini generoſioris unciam i ſſ.
M. indatur ut ſupra.

Clyſteres uterini, ſeu Injectiones uterinæ, & itidem ſunt liquores medicati per Siphunculum in Uterum fundendi.

LIquor itidem hic varius adhiberi poteſt, aqua ſtillatitia, decoctum, ſuccus, vel ſimile quid, cui pro rei exigentia admiſcentur Pulveres, Electuaria, Olea, & ſimilia.

Doſis uterinarum injectionum pro vice una ſufficiens eſt unc. iij. iv. ad v.

SImon Paullus commendat Clyſterem uterinum cum pulvere ex Seminibus Ammeos.

Nonnulla ponam exempla, videlicet.

Dec. rad. Tormentillæ ſ. a. factæ cum floribus Balauſtiorum unc. iij.
Trochiſc. de Karabe ſ. p. drachm. j.
Sir. de Symphyto Boylæi, vel de roſis ſiccis unc. ſſ.
M. pro injectione uterina in fluore albo.

Ad Utrum eluendum.

℞. Hydromellis uncias iij.
Nitri ſ. p. gr. xij.
M. pro ſupra.

Ad promovenda Menſtrua.

℞. Succi Matricariæ depurati unc. ij.
Tincturæ Myrrhæ in vino factæ unc. j.
M. pro injectione. Quæ omnes ſunt repetendæ, ſi oportuerit.

In Vulnerum, nec non Ulcerum curatione.

PRofeſſores Chirurgici, quantum ſit poſſibile, ſumme caveant, ne quid Olei, Balſami, vel cujuslibet alii unctuoſi corporis in Vulnerum, & Ulcerum medela indatur, nam eorum contactum ſæpe ſæpius vulneratis partibus venenum afferre conſtat: ſicuti quoque removendæ ſunt frequentes curationes, longæque inſpectiones per manus ferro armatas factæ, ne in iiſdem ſanies perrennis fiat

cum Patientis demum emaciatione, ac interminabili valetudine. Illa omnia tamquam extranea corpora metuenda sunt, ac fugienda, quæ in iis passim hostiliter agunt: illaque etiam abjicienda sunt unguenta digestiva, & alia, quæ jam impositis filamentis superimponuntur, ut mos horrendus, quippe a caloris parte suscitatur intolerandus fœtor Vulneribus, & Ulceribus summe, ac semper damnosus. Hic sileant dicentes, unguenta illa defendere ab aere partes, quæ jam a filamentis, ac tegumentis lineis mollibus satis defenduntur. Pariter quoque denudatio, seu deligatio, & partium perfrigeratio de die repetita pessima argumentatur. Quid sperandum remaneat de Aeris lancinationibus & ejusdem attactibus, praxi notum satis est: quid de ferramentis chirurgicis dicendum sit, non loquar, quorum usus indiscriminatim tum in curandis Gangrænis, tum in Vulneribus idem est, & eadem semper sunt ferramenta. Constanter quidem assero, ut plurimum ex prædictis causis, & concausis Erysipillates, Gangrænas, Sphacelos oriri, aut saltem de eo dubitandum prudenter est, & frustra ad alias ab extra causas confugimus pro veritate inquirenda. Ultro caloris alienationes fiunt in repetitis de die curationibus, eo magis quoque, si incongrua forent tegumenta, ideft non mollia, non satis subtilia, ad calorem partibus coadjuvandum; ex quibus omnibus male appositis symptomata passim feralia procreantur, quæ ad priorem valetudinem protrahunt. Cuncta profecto villulis Musculorum, Membranulis, Nervis, Glandulisque summopere opponuntur, & adversantur: ex iis perpetuo Lympha, Sanguis, aliæque substantiæ exsudantur ad saniem renovandam, & per consequens partes illæ, quæ jam eo erant ut consolidarentut, denuo Lympham, Sanguinem emittunt, & defluunt, sic ut corpus sensim humanum destruatur ac infirmetur: hinc est denique, quod patulæ adjacentes partes fermentesibilem seniem contrahunt, absorbent, exsugunt, ut per vasa lymphatica, & sanguiferam ad sanguinem deinde deferatur; quapropter ariditas in Vulnere, in Ulcere de repente observatur: dein febres cum rigore exoriuntur edicta vicinæ mortis, sicuti in Cadaverum ipsorum sectionibus ad hepar abscessus invisuntur. Pro mea sententia sunt incomparabilis Magati vota, nec non accuratissimorum Bartoli, & Sancassani.

Adstringentia, & Repellentia.

Ex Galenno.

℞. Aloes, Thuris, Terræ lemniæ.
Boli armenæ, Lapidis hæmatites f. p.
Succi Hypocistidis, Croci Martis adstr.
Gallarum immitatur. an. part. æquales.
Ex omnibus fiat pulvis subtilissimus.

Ex Hoffmanno.

Pro Sanguinis stagnatione in amputationibus &c.

℞. Boli armenæ unc. jv.
Sangu. Draconis, Aluminis rupei,
Gallarum, Terræ sigill. an. unc. j. ß.
Nucum Cupressi unc. j.
Colcotaris unc. ij.
M. & fiat ut artis est pulvis in filamentis, vel penicullis, aut turundis recipiendus.

Auctoris.

℞. Terræ Japonicæ,
Malicorii,
Rad. Confolidæ maj. an. unc. j.
Vitrioli hungarici unc. j. ʃß.
Ex omnibus, ut decet, fiat pulvis ad ufum.

In Aneuryfmate apparenti. Ejufdem.

℞. Specif. Helvetii unc. ß.
Fuliginis cryftallinæ,
Colcotaris an. drachm. vj.
Pul. Myrrhæ, Aloes Cabal. an. drachm. ij.
Pulverifatis, quæ funt pulverifanda, fiat unio, & cum f. q. Aquæ ftypticæ Lemery cataplafma ad ufum: fi placeat, loco Aquæ ftypt. adhibeatur Spiritus Vini. Omnia propono, non fuadeo.

Ejufdem.

℞. Corticum Quercus, flor. Balauft. an. unc. j.
Nudum Cupreffi unciam ß.
Contundantur omnia, & f. a. bulliant in vini aufteri lib. jv. addendo in fine Aluminis crudi rupei unc. j. Pro fotu.

Ex Bazzicaluve.

℞. Vitrioli, & Aluminis an. unc. vj.
Phlegmatis Vitrioli lib. jv.
M. ftent in loco calido in concavo vitreo, ut omnia diffolvantur; addendo Tincturam Catechu pro ufu.

Ex Sydenhamio.

℞. Vitrioli hungarici,
Aluminis rupei an. unc. j.
Plegmatis Chalcanthis lib. ß.
Ad ignem omnibus diffolutis, liquor filtretur, & frigefactum liquorem a cryftallis fubinde natis fepara, cui liquori adde Olei Vitrioli duodecimam partem. Turunda ex linteo raro liquore hoc probe humectata nari, ex qua Sanguis ftillat, indatur, per duos dies ifthic relinquenda. Quo etiam liquore linteamina imbuta, & applicata Sanguinem fiftunt, ex qnacunque demum parte externa idem defluat.

Ad Narium hæmorrhagiam. Fulleri.

℞. Aceti fortis lib. j.
Nitri puriffimi unc. j.
Camphoræ rafæ drachm. j.
Omnia recipiantur in vafe terreo, vel vitreo, & ad blandum ignem diffolvantur, deinde pubis regioni, & tefticulis fiat fotus; hoc etiam ebrietatem arcet.

In

In Uterinis hæmorrhagiis.

℞. Bursæ Pastoris recentis, & Plantaginis an. manip. ij.
Aceto irrorentur, & contundantur, & in sartagine coquantur ad cataplasmatis formam: Pubis regioni admoveatur, placentula hæc.

In Hæmorroidum fluxu.

Ex Bateo.

℞. Cretæ pulv.
Unguenti Popul. an. q. s. ad efformandum
Suppositorium pro vice tantum.

Internum remedium a Medico Physico probandum.

℞. Succi Millefolii depurati lib. j.
Sacch. albiss. unc. ij.
M.

Si ex virium prostratione, squalenti corporis habitu, & colore ad citrinum vergente certo cognoscatur, hæmorrhoidum fluxum esse immodicum, & moderari debere, hoc parabile stypticum (debitis aliis non omissis) in subsidium venire potest, atque magni cujusdam Medici magnum fuit secretum.

Dosis unciæ iij. bis in die.

Mercurialis pariter docet, in immodico hæmorroidum fluxu Tamarindos præcipue potestatem habere ad compescendum hæmorrhoidum fluxum pro interno; & pro externo fotus ex Verbasco, Plantagine, floribus Rosarum rubrarum, Balaustiorum in aqua ferrata factus, & in Vino adstringente convenit.

Curato Hæmorroidum fluxu, præcavendum est, ne redeat, usu Unguenti de Comitissa externe admoti. Victus sit ratione convenienti, Venæ sectione bis vel æpius in anno, purgatione levi &c.

Pro præsentaneo externo remedio summopere conducit pulvis ille glutinosus admotus parti, qui abraditur a pellibus Chirothecarum, vulgo, *Raschiatura de' Guantari.*

Ex Dygheo, & a Belostio etiam relata pro re sua.

℞. Vitrioli Cyprii pul. unc. ij.
Gummi Tragacanthi s. p. unc. j.
M. & in vase custodiatur.

Usus est pro turundis, & penicillis lineis hoc pulvere conspergendis. Mira dicit Author ad sanguinem sistendum profluentem e Vulneribus.

Dicitur hic pulvis sympathicus.

In puncturis Tendinum, Nervorum, Membranarum &c.

OLeum æthereum Terebinthinæ anodynum incomparabile, antisepticum, consolidans est. Arteriis, Venisque in magnam hæmorragiam læsis promptissimum, securissimum stypticum præstat, eo inprimis laudandum, quod simul Nervis prospiciat, sistat putredinem, consolidetque. Oportet tum valide calidum applicare, & spleniis appressis ad locum detinere. Videatur Auctor Anglus Jacobus Yonge titulo Currus Triumphalis e Terebintho —— Londini 1679. Veli

℞. Eu-

℞. Euphorbii pul. ſcrup. j.
Terebinthinæ Venetæ unc. ſſ.
Ceræ parum.
M. fiat ungaentum calide applicandum.

Ad dolores incomparabiles Nervi vulnerati.

STamina multiplicia linea adhuc cruda in aqua cum cinere decocta parti applicata ſubito dolorem tollunt. Vel

Oleum Olivarum, in quo Lamii flores ſub Sole macerati fuerint, Balſamum Vulnerarium habebitur præſtantiſſimum in Tendinum vulneribus, obſervante Dionyſio Dodart.

Ad dolores Oculorum vulneratorum.

℞. Sem. Cydoniorum contuſ.
Papaveris albi an. unciam ſſ.
Granor. Sumach. drachm. ij.
Aquæ diſtill. Sperm. Ranar. lib. j. ſſ.
M. bulliant, & colatura inſerviat pro fotu.

In Oſſibus cum Perioſteo denudato.

COlophonium, quod remanet poſt ſecundum Oleum Terebinthinæ extractum in retorta, quo durius erit, & rubicundius, eo in tenuem pollinem facilius reddetur, in quo odor, ſaporve multus non obtinebit. Id ille nobilis publvis eſt, qui Oſſibus, Perioſteo, Tendinibus, Muſculis læſis, perambuſtionibus, corroſionibus, punċturis, lacerationibus, ſemiſciſſionibus adeo utilis eſt.

In Digitorum, Manuum, Labiorum rhagadibus Oleum Ceræ diſtillatum vix aliud habet ſimile, ſi ſubinde illitu applicetur.

Deobſtruentia, Attenuantia ſimul cum Emollientibus.

Authoris.

℞. Pinguedinis Suillæ, vel Ung. Roſati unc. iij.
Pul. rad. Curcumæ,
Fol. Nicotianæ braſil. an. drachm. vj.
Saponis raſi Veneti unciam ſſ.
M. pro Unguento inodoro, quod ſuper Alutam extendatur ad inſtar Unguenti Althææ.

Ejuſdem.

℞. Olei Amygd. dulcium cum igne f. unc. ſſ.
Spiritus Salis Ammon. recenter parati, ideſt non vapidi drac. vj.
In Mortario vitreo ſupra Ol. ſenſim indatur Spiritus, & fiat nutritum, cui adde ſemper miſcendo Ol. eſſent. Lavendulæ drachm. j. pro uſu; e. g. in iſchiade incipiente, in contuſionibus, in articulis male affectis.

Ejuſdem.

℞. Mellis communis uncias jv.
Gummi Ammon. ſ. p. drachm. v.
Salis Cathartici pul. drachm. j. ſſ.

M. pro usu in Mamillis ab obstructionibus vitiatis, ut ego expertus sum, & in aliis glandularum vitiis.

Ejusdem in iisdem Vitiis.

℞. Lactis Gummi Ammon. unc. iij.
Foliorum Nicotianæ brasil. minut. incis. unc. j.

Indantur hæc duo in vase terreo vitreato, & super infundatur aquæ bullientis lib, j. ss. ita per noctem maneant in calido, & cum petiis linteis fiat fotus glandulis subaxillaribus vitiatis, vel aliis, & egregium est medicamentum. Loco Lactis Gummi Ammoniaci adhiberi possunt Lixivii fortis unc. v. Interdum in sola Nicotianæ infusione addidi Salis Ammoniaci unc. semis, & eundem effectum obtinui.

Ad Perniones resolvendos in eorum ortu.

℞. Mellis comm.
Calcis vivæ sonant. s. pul. an. quantum opus sit ad conficiendum Cataplasma molle pernionibus admovendum, & repetendum, cum felici successu a me pluries expertum.

In Ischiade. Ettumulleri.

FOlia Ranunculi; idest Flammula Jovis, ut locutus est Nicolaus Chesneau in Cephalalgia q. s. contundatur, & parti ischiadis applicetur per vj. horas, donec vesicas excitet, quæ discussæ pro more suo emittunt serum acre: ita Ischiadicus dolor penitus tollitur, & morbus debellatur.

Ex Fernelio.

DEcoctum Centauræ minoris per Clysterem in ischiade cum dolore plurimum commendatur. Ego huic adderem Clysteri, omni vice repetendo, Salis Cathartici amari drachm. v.

Tachenius refert, dolorem ischiadicum radice Bryoniæ recente tusa, & cum Oleo Sem. Lini mixta, & tepide applicata, mirum in modum pacari.

Linimentum Saponaceum a Pringle ad affectus arthriticos descriptum.

Ex Donzello Juniore 1743.

℞. Rad. recent. Bryoniæ rasæ unc. j.
Coquatur in vini generos. idest græci, & aquæ an. unc. viij. ad medietatis consumptionem lento igne, tum adde Sapæ unc. iij. Fiat Clyster, qui saltem per horam retineatur. Repetatur quater, vel quinquies, vel quousque in dejectionibus guttæ sanguis appareant, quod certum est signum sanationis ischiadis: Millies ab Auctore dicitur probatum, quod mihi summopere placuit propter nonnulla antecedentia &c.

Ex Baglivo.

℞. Calcis vivæ sonantis, idest recenter calcinatæ, & pul.
Saponis liquidi an. q. s.

M. parti admoveatur & erit Causticum Alckalinum ad instar Vesicatorii. Summopere confert; & nos vidimus Vesicatoria femori admota semper ischiadem perfecte curare, ac sanare.

Con-

Contra morsum Canis rabidi, Viperarum, & Scorpionum.

IN morsibus venenatis, & speciatim in morsu Canis rabidi Galenus prudenter adnotavit vulnus amplificare (& Ettmulerus sentit vulnus protinus ampliandum esse) per incisionem circularem, cauterio inurere, & vulnus apertum servare per dies quadraginta ad minimum: si vero hæc methodus nimis dura, & inhumana videatur, sufficit Cucurbitula applicata virus extrahere, prægressa prius profunda scarificatione.

Meadius ait, sola applicatione Unguenti Ægyptiaci quam calidissimi recens vulneratum feliciter servatum vidisse.

Cineres Cancrorum fluviatilium veteres Medici uno ore extulerunt. Galenus ait, neminem periisse, cui hoc remedium propinavit. Sumendi sunt Cineres ad quantitatem unius cochlearii, vel ij. singulis diebus per dies xxxx. vel soli, vel potius cum pulvere radicis Gentianæ, & Thuris cum Vino.

Alia methodus parandi Cancros pro Canis rabidi morsu. & Viperarum.

℞. Cancror. fluviat. in diebus Canicul. collector. & in cinerem album redactor. & f. p. drachm. j.
Per dies xxxx. exhibentur cum infrascripta aqua.
Aq. Cancrorum fluviat. calore cinerum sine ulla additione humidi vase distillatorio vitreo facta.

Hujus aquæ usus mirabilis est in sanandis inflammationibus: urinam pellit, rabidorum Canum morsibus succurrit, Vulneribus pectoris continuo sumpta mirifice opitulatur, sitim extinguit, & renum Calculum comminuit.

Si a die morsus remedium hoc usu veniat, per dies xxxx. continuetur, ut supra diximus; si vero inceperint demorsi dies aliquot post morsum, sumatur prædicta drachma mane, & vesperi, donec numerus drachmarum æquiparetur diebus elapsis a morsu: deinde sequatur ut supra.

In morsu Canis non rabidi adhibeatur remedium per dies x. Cum experientia convenit supradictum remedium Thomæ Donzelli in ultima jeus impressione p. 48.

Aliud novum Remedium descripsi in meo de Dosibus Medicam. lib. quod multum prodest in Hydrophobia, & dicitur in Anglia noviter expertum.

Remedium ad morsum Viperæ, ut docet Cl. Redi, certum est illud, quod a morsu statim attrahatur ore Viperæ Venenum. Ita patuit excellens remedium, quod ab aliquibus appellatum fuit quasi miraculum.

Morsui venenato curando nihil est Posca efficacius; ad quod confirmandum eximium in rabie canina adest exemplum apud Boerhaave Ch. Tom. 2. ubi de Aceto &c. Vel

℞. Pulv. viarum, vel Verræ ejusdem viæ q. s.
Subigatur cum hominis urina sani, & fiat Cataplasma parti mox admovendum, & per os exhibeatur.
Theriacæ optim. drachm. j.
Hoc remedium tutum, & expertum est ad Viperarum morsus in Statu Ferrariensi, & in Montibus Legationis Bononiensis.

Ad Scorpionum ictus.

SCorpio ipse est pulcherrimum medicamentum, inquit Celsus: quidam contritum cum vino bibunt; quidam contritum eodem modo super vulnus imponunt; quidam super prunas probe accensas eo imposito, vulnus suffumigant, & carbo-

carbonem inde ductum super vulnus deligant: quidam Allium cum Ruta mixtum, Oleoque contritum adhibent, ut Allen docet.

In doloribus Venereis, & Arthriticis. Batei.

℞. Diachylon. mag. uncias jv.
Mercurii vivi uncias ij.
Opii rasi unciam j.
M. & f. a. diligenter reformetur Ceratum ad usus dictos.

Ad Strumas.

Ettmullerus præcipit, medicamenta contra strumas exhiberi præcipue circa Lunæ decrementa.

Cucumeris Asinini succus multum facit externo usu tumoribus duris emolliendis, & scirrhis discutiendis, ut in Scrophulis, & Strumis resolvendis.

Idem præstat radix Cyclaminis sub Cataplasmatis forma admota, dum satis emollit, & resolvit.

Vincetoxicum Scrophularum remedium dicitur. Ephem. Germ. obs. lvij.

Juxta Donzellum, & a me expertum.

℞. Radicis Bryoniæ radula rasæ lib. ß.
Mellis comm. quant. suff. pro Cataplasmate.
Nonnulla vice ego addidi Salis Ammoniaci drach. jv.

Bolylæus radices contusas Chelidonii in axungia porcina incoquit ad radicis siccitatem; his rejectis, novas radices cum axungia expressa coquit iterum, atque iterum, ut radicum succo axungia impraegnetur: sic præstantissimum obtinet Unguentum adversus hæmorrhoides, & strumas, quo partes affectæ mane, & sero inungantur.

Ex Musitano.

℞. Olei communis lib. iij.
Radicis Arundinis.
Lilior. Cœlestium an. unc. iij.
Althææ unc. j. ß.

Dum Oleum ebullire incipit, affunde radices mundatas, & in taleolas subtiliter incisas: eoque ad nigredinem usque, quas postea aufer ab igne, & pedetentim injice Cerusæ pul. unc. iij. Tutiæ pul. & porphyris. unc. j. ß. Ceræ citrinæ unc. iij. semper agitando spatula ad nigredinem usque, ac ad Emplastri, seu Cerati consistentiam: tandem adde Balsami Peruviani nigri drachm. iij. remove ab igne, & serva ad usum.

Credibile non est, quantum hoc Ceratum ad maturanda, rumpenda, & sananda valeat omnium apostematum genera tam calida, quam frigida; imo Tophos podagricos maturare facit, & sanat: in strumis persanandis est veluti manus benedictio. In ulceribus utere, est divinum, sicque admiraberis. In mammarum apostematibus non habet par; ac effectus præstantiores edet, si Æger sit sui ipsius Chirurgus, cum ipsum adhibeat, ut oportet. Silentio involvendum putavimus hoc emplastrum, ne Margaritas ante Porcos projiceremus, vel Aurum præberemus Canibus, quia apud vulgares Chirurgos, cum a Tonsoribus parum vel nihil differant, vilesceret; sed cum ad Proximi charitatem respiceret, ejusdem descriptionem imprimendam curavimus.

Ad

Ad Arthriticos dolores. Pringle.

℞. Saponis Veneti rasi, vel Hispanici drachm. ij.
Camphoræ rasæ drachm. j.
Spiritus Vini uncias ij.
M. & partes foveantur articulorum &c.

In Tibiarum, Pedum, & aliarum partim OEdemate, nec non in illis casibus, in quibus dubitatur, Lympha fuerit extra Vasa, nec ne.

USus Aluminis crudi præcipuus externus est in Angina, & Columella laxata, putredine gingivarum, & tumoribus pedum œdematosis.

Ad discutiendum humorem œdematosum decoctum ex Sulphure, Alumine, Sale cum urina, aut lixivio satis validum est.

Decoctum aliud mitius ex Fullero.

℞. Corticum Quercus cont. unc. ij.
Coquantur in aquæ lib. jv. ad medietatis consumptionem, deinde addantur
Vini rubri unc. vj.
Aluminis crudi pul. drachm. ij. pro fotu. Vel
℞. Aquæ Calcis lib. ij.
Lixivii lib. ij.
Flor. Sulphuris,
Bacc. Juniperi an. unc. ij.
Infundantur horis sex in loco calido: deinde coletur pro fotu in tumoribus serosis.

Resolutivum mirabile.

℞. Aloes s. p. unc. j.
Mellis comm.
Salis comm. an. unc. ij.
M. Bulliant, miscendo parum, pro usu.
Super Alutam id ad instar Cataplasmatis parti œdematosæ applicetur.

Ad revellendum Lac.

Ex monitu Monsieur Mauriceau, Cibaria sint refrigerantia, Alvus lubrica, Brachia saltem quiescant per dies quinque.

Ejusdem Auctoris.

℞. Fol. Caulium rubror. q. vis.
Coquantur in aqua fluminis: deinde in mortario terantur, & cum Olei flor. Chamæmeli q. s. fiat Cataplasma, Mamillis admovendum, ac repetendum.

Emplastrum Cicutæ lac imminuit, & indurationem prohibet.

Solemnis est etiam Mulieribus fotus ex Spiritu Vini cum linteis duplicatis axillaribus factus: sed dubitarem, quod Spiritus Vini miasmata caput offendere possent Puerperæ.

Si dolor vehemens adsit. Ex Praxi.

℞. Micæ Panis unc. iij.
Coquantur in lacte vaccino ad pultem usque: tunc adde Ol Rosati unc. j. ß.
Vitell. ovorum n. ij.
Pro Cataplasmate.

Lac augentia. Ex Geoffroy.

℞. Sem. fœniculor. dul. s. p. drachm. ß.
Pul. Lumbricor. terr. pp. scrup. j.
M. exhibeatur jejuno Ventriculo.

Ad Mamillarum duritiem, & tumores resolvendos.

℞. Folior. Ebuli recent. lib. ij.
Contundantur, & ad Butyri majalis lib. j. uniantur, & coquantur blando igne ad herbæ siccitatem: fiat colatura pro usu.

Ad idem; Authoris cum experientia.

℞. Ung. Arthanitæ min. unc. ij.
Pulveris Nicotianæ drachm. j. ß.
M. pro usu, ut supra.

Errhina, seu Sternutatoria.

A Sternutatoriis abstinendum est, ubi inflammatio imminet, vel adest, in Cerebri defluxionibus cum febre, oculorum inflammatione, ulceribus narium, aut quando malum est inveteratum, in obnoxiis vertigini, & hæmorrhagiæ, & in gravidis.

Errhina Cerebrum enim purgant irritando fibras nerveas; quarum extremitates in interiori narium tunica expanduntur. Hac irritatione Nervi, & Cerebri membranæ commotæ humores viscidos in glandulis Cerebri, aut sinubus altius impactos fortiter excutiunt, qui per vasa Sanguinis ad glandulas narium, faucium, & vicinas partes delati, sub aquæ, muci, pituitæque specie e naribus per sternutationem ejiciuntur.

Sternutatoria fortiora manifeste aures lædunt, ait Wedelius de med. facul. p. 88.

Errhina in usum duci debent præcipue matutino tempore, frigus cavendo: sed, si necessitas urgeat, possunt quovis etiam alio. Muci, aquæ, pituitæque viscidæ e capite, & naribus magnam eliciunt quantitatem; & apte præscribuntur contra capitis affectus diuturnos, & contumaces, ex viscida, tenacique materia oriundos; uti in gravativis capitis doloribus, Paralysi, morbisque soporosis. Id e Turpetho omnino mirabile, & potentissimum est: Lympham etiam specifice tenuem (quasi salivationem per nares moveat) tam profuse, & tumultuose educit, ut nemini non experto credibile esse possit. Sed, si nimis frequenter iteretur, membranam narium erodere solet, ideoque, post ejus usum, consultum esset, vel Lac tepidum, vel Oleum in nares attrahere.

Ex J. Colbatch in ejus Tentamine physico-medico.

PUlveris foliorum Asari exsiccatorum gr. iij. jv. v. adversus Cephalalgiam, cubitum euntibus, Tabaci more exhibita, efficere, ut, non turbata ægri quie-

te,

te; mane sequenti per nasi glandulas materiæ serosæ non pauca quantitas exoneretur, verum esse sæpius comperi: imo hunc pituitosum fluxum per tres dies continuos perseverasse observavi cum totali ægri sanitate, uti Bononiæ Ego expertus fui in Celebri, & Clarissima Muliere Domina Anna Manzolini, nec non in aliis.

Exsiccantes. Ex Junckero.

℞. Lapidis calaminaris pp. drachm. ij.
Amyli, pul. Glycyrrhizæ an. drachm. j.
M. & fiat pulvis linteolo illigandus, quo ulcera aperta aspergantur. Vel

Authoris.

℞. Aloes hepaticæ unc. ß.
Minii unc. j.
Terræ japonicæ.
Ex arte fiat pulvis finissimus linteolo involvendus, quo ulcera, ut supra, aspergantur.

Balsamum ad Ulcera.

℞. Resinæ pineæ pinguis unc. sex,
Olei Laurini unc. unam,
Succi Sabinæ,
Gummi Elemi an. unc. duas.
Omnia excipiantur in concavo idoneo, & simul bulliant, assidue spatula miscendo: dein coletur ad usus.

Vulnera procul dubio post horas xxjv. perinde unita reperiuntur, ac si nihil accidisset mali & hoc valet pro multis Balsamis, quos describere frustra possem.

Ad Gangrænas, & Sphacelum.

Ex Benevolo.

SI Gangræna oriatur in febre maligna, observatur ab Authore, per continuam aquæ comm. tepidæ fomentationem mirum in modum sisti, separari, & sanari, etiamque si ex alia causa ortum habeat.

Ex Maetio.

℞. Aquæ Cyathos jv.
Bulliant in vase æneo; deinde adde Calcis vivæ sonantis drach. x.
Filtrato liquore, adde tantum Vitrioli, ut cærulescat. Vel
℞. Aquæ superius descriptæ lib. j.
Mercurii sublimati corros. s. p. scrup. j.
quam luteo colore tingit Mercurius sublimatus:
Usus est in ambustionibus, in gelu tactis, Gangrænis, Erysipelatibus, sæpe in die validis linteis applicanda, præsertim si imprægnata fuerint lintea Saccharo Saturni, ita ut lactis formam liquor acquirat. Insuper aqua conducit quoque ad ulcera inveterata mundificanda.

Ad Gangrænas vincendas.

℞. Aluminis uncias jv.
Salis Ammoniaci unc. ij.
Aquæ Calcis lib. jv.

Hæc

Hæc simul bulliant in æneo vase ad tertiæ partis consumptionem: filtretur per chartam bibulam, serveturque ad usum. Detergit, exsiccat, vulneraria est, & summopere Gangrænæ resistit.

Ex Boerhaavio.

SOlutio Argenti purissimi, quæ debet esse pellucida, & excolor, si Argentum fuerit purum, & sincerum; alias, si solutio viridescit, æris quid habet, nec valet ad sequentia. Solutionis igitur Argenti purissimi in Spiritu Nitri factæ guttula applicata parti cuicunque molli, & calidæ hominis, unico momento excurrit, & consumit; unde callosa, dura, ulcerosa labia uno attactu exedit, semiputrida separat, stigmata, maculas, verrucas, minimos Cancros ocyssime extirpat. Dilui potest hæc solutio sine perturbatione, & sine præcipitatione. Aqua hæc diluta summum est detergens, sed cutem attactu fœdat macula nigra indelebili, nisi epidermis iterum successerit.

Belloslii.

℞. Spiritus Nitri, vel Aquæ fortis partes ij.
Argenti vivi partem j.
M. & fiat solutio.

In hac solutione madefiant lintea, & parti Gangræna affectæ applicentur, & prompte separabitur mortua pars a viva: neque opus est, ait Author, ut aliud quodcumque medicamentum ad Gangrænam sistendam excogitemus; non enim reperitur aliud, quod tam cito, & tam certo pensum absolvat.

Ad Fistulas. Ex Hippocrate.

ÆRis flores usti cum frustulo Spongiæ Melle illito in Fistulam apertam servatam indantur, idque diebus septem continuatur, donec callus absumatur.

Ex Celeb. Gedeone Harvejo.

TIncturaSalis Tartari extrinseca depurat, detergit, exsiccat, consolidat humida, purulenta, saniosa, virulenta ulcera cachoetica, tam fistulosa, quam sinuosa, & cuniculatim depascentia; tum valet ad consumenda, quæ luxuriose crescunt nimium, in primis si cum pauxillo Olei ex arte commisceatur.

Ex Galeno.

RAdix Hellebori nigri, externe prius detersa, Fistulæ callosæ indita, callum duobus, aut tribus diebus detrahit.

Dolæi.

℞. Aquæ Calcis ex se habitæ lib. j.
Mercurii sublimati s. p. drachm. j.
Succorum Absinthii,
Veronicæ,
Scordii an. unc. j. ß.
M. ad usum.

Ad Burbones, tum venereos, tum pestilentiales, vel cujuslibet alius generis.

FOlia Ari ad Anthracem, & Bubonem pestilentialem imposita plurimum laudantur.

Ita

In Squinantia, sive Angina.

Pringle.

℞. Ol. Amygd. dulc. ſ. j.
Spiritus C. C. an. unc. j.
In mortario vitreo fiat nutritum
Proficuum eſt hoc remedium externum pluribus vicibus adhibitum, præmiſſis tamen univerſalibus &c.

Ad quoſcumque Tumores aperiendos.

℞. Vitell. Ovorum num. ij.
Salis comm. ſ. p.
Pul. Piperis nigri an. quantum ſufficit ad conficiendum Cataplaſma, quod ſuppurat poſt ſecundam applicationem.

Ex morello ad Tumores aperiendos.

℞. Pul. Cantharidum drachm. j.
Fermenti drachm. ß.
Mucilag. Sem. Pſylii in aq. roſ. extractæ q. ſ.
M. & fiat. ſ. a. Cataplaſmulum, cujus portiuncula imponatur tumori aperiendo. Vel
℞. Pulpæ rad. Althææ ſ. a. factæ unc. v.
Bulborum Lilior. alb. unc. iij.
Saponis nigris uncias ij.
Piperis nigri ſ. p. unciam ß.
M. & fiat Cataplaſma bubonibus apponendum, ac repetendum. Vel
℞. Cerati Diachylon cum gummi,
Crucis an. unciam j.
Saponis nigri drachm. ij.
Sinapis pul. drachm. j. ß.
M. reformetur ad ignem blandum Ceratum pro uſu.

Ad Tumores duros, & ad dolores profundos incidens.

℞. Emplaſtri de Cicuta cum Ammon. drachm. iij.
Diachylon cum gummi drachm. ij.
Galbani colati, Terebinthinæ,
Mercurii vivi an. drachm. j.
Balſami Sulphuris drachm. ß.
S. A. fiat ex omnibus Ceratum.

Ad Cancrum apertum, nec non occultum.

PUlvis radicis Ari a Sennerto, ab Hartmanno, & aliis commendatus eſt in Carcinomate exulcerato.

Ex Bateo.

℞. Ranas viventes n. xij.
Olei Olivarum uncias xviij.

Si-

Simul coquantur per horam, & deinde exprimantur. Oleum servetur ad usus.

In Cancro specificum perhibetur. Ego quidem uterer Oleo potius de Solatro in Oleo rosato facto loco Olei comunis, & sic remedium evaderet magis specificum, si relata vera sint.

Ex Senerto.

℞. Olei Vitell. Ovorum recent. facti unc. iij.

In mortario plumbeo diutius agitetur quousque linimenti consistentiam acquirat.

In Cancro occulto.

℞. Mercurii vivi,
Saturni limati an. part. æq.
Simul amalgamentur.

Omnium dicitur præstantissimum remedium, Emplastro de Saturno, aut Diapompholygos hoc Amalgama permisceatur: a Paulo Barbette Ch. p. 2. lib. 2. cap. 7. habetur esse singularis efficaciæ ad medicandum occultum Cancrum, si ejusdem drachm. ij. cum fuliginis splentis camini s. p. scrup. jv. Emplastri Diapompholygos unc. j. excipiantur. Vel

℞. Olei Vitell. ovorum nuper facti unc. iij.
Mercurii vivi drachm. ij.

Simul in mortario plumbeo diu agitentur ad perfectam Mercurii extinctionem, & ut linimenti consistentiam acquirant, & Saturni colorem: quod linimentum in frigido custodiatur.

Ex Friderico Hoffmanno.

MAgisterium Saturni mirabile est contra faciei pustulas saniosas, ac ulcera cancrosa cum aqua Rosarum solutum.

Dentifricia, & ad dentitionem Puerulis facilitandum.

IN Dentifriciis usurpandis, sedulo cavendum est, ne crebrior, & durior gingivas atterat, & absumat pulvis dentifricius.

Dentes egrege extergit Coccinella pulverisata.

Auctoris.

℞. Tartari Bonon. albi, & s. p. unc. ß.
Panis ad nigredinem ustulati drach. ij.
Macis pul. drachm. ß.

Ex omnibus subtilissimus paretur pulvis ad dentes fricandos: hoc facto, dentes, gengivæque vino austero abluantur.

Ejusdem.

℞. Lapidis Pumicis,
Specifici Helvetii an. drachm. vj.
Ossium Sepiæ drachm. ij.
Rorismarini drachm. j. ß.

Omnia in pulverem subtilem reddantur, & subigatur pulvis cum suff. quant. Syrupi de Rosis siccis pro usu.

Ejusdem pro Nobilibus.

℞. Spiritus salis dulcis drachm. j.
Aquæ Reginæ Hungariæ drachm. ij. ß.
M. & fiat s. a. digestio: ad usum servetur.

In dicto spiritu gossypio madefacto a Chirurgo dentes quantum opus sit fricentur, deinde aqua os pluries Patiens colluat: secunda, tertiaque die repetatur omni cum diligentia, & dentes albi, & nitidi evadent.

Ejusdem Dentifricium Antiscorbuticum.

℞. Aluminis rupei unciam ß.
Salis comm. decrepitati,
Pulveris Salviæ an. scrup. jv.
Terræ Catechu,
Macis an. drachm. j.
M. & fiat pulvis, cui adde Syr. de rosis siccis q. s. ut fiat in frigido ad instar Electuarii compositum pro Dentibus fricandis ante usum sequentis collutionis.

℞. Spiritus Vini rectific. unc. v.
Mastiches ex Chio drachm. j. ß.
Camphoræ scrup. ij.
M. & in vase vitreo fiat solutio ad blandum calorem: deinde adde
Aq. distill. Nasturtii aquat. unc. vj.
Gummi ad fundum cadent: itaque in usu collutionis
Vas semper agitetur.

Ut Dentes Puerulis facilius appareant, & crescant.

℞. Butyri rec. unc. j.
Mellis despumati drachm. vj.
Coralllior. rub. pp. unciam j.
M. pro usu, quo cum gingivæ fricentur.

Non alio pulvere. Fridericus Slare dentes suos perfricuit quam Saccharo albissimo, & sanos, ac nitidos per multos annos servavit contra opinionem illorum, qui a Saccharo dentes erodi, aut rubigine deturpari asserunt.

Auctoris.

℞. Ligni Lentisci ex Chio pp.
Santali ruari pp. an. unc. j. ß.
Spiritus Vini Juniperati an. unc. jv.
Vini albi austeri,
Alumins usti drachm. iij.

Indantur vasi vitreo, & in balneo maris fiat s. a. Tinctura: per chartam emporeticam deinde filtretur pro dentium collutione, & in ore retinenda ad usum.

Ejusdem.

℞. Scobis rad. Rosarum drachm. iij.
Rorismarini triti pugill. j.
Caryophyllor. contus. drachm. ß.

Vini granatorum lib. j.
Salis communis drachm. j.

Excipiantur in vase vitreo, & ut artis est, fiat digestio per diem naturalem in cinerario calido: deinde per chartam bibulam liquor filtretur ad usum collutionis, quæ sæpius in die adhibeatur.

Allen.

RElíquis autem, quotcunque in libris inveniuntur pro dentibus firmandis, ac gingivis a putrefactione conservandis, sicque oris fœtore præcavendo, non datur præstantius remedium, quam masticatio Nicotianæ siccæ in modica quantitate: eo etenim sufficiunt grana quatuor pro una vice, idque tantum semel in die usurpandum per horæ quadrantem, ac in ore detinendum. Idcirco præ omnibus improbandus est turpissimus quorumdam mos singulis diebus masticandi, non ad hos quidem laudabiles fines consequendos, sed plane nescientium quare, & forsan solummodo fœdissimæ consuetudini indulgendi gratia.

In Scorbuto oris ruinoso.

♃. Vini optimi uncias iij,
Salis communis pul. scrup. jv.
M. pro collutione; & post aliquot dies:
Patiens convalebit.

Ad Alopeciam, seu ad Tineam.

HIldanus monet, hos affectus non temere curandos esse, sed potius naturæ aliquandiu relinquendos; mox, nisi periclitentur partes musculosæ, & nervosæ subjacentes, usurpare licet leniter purgantia, & alterantia, Antimonium diaphoreticum, & Æthiops mineralis, atque illa, quæ a Medico Physico præscribentur.

Cura externa Tineæ instituatur decrescente Luna.

Cæpæ contusæ ad Alopeciam ab omnibus prædicantur ut remedium singulare; unde Schola Salernitana canit:

Contritis Cæpis loca denudata capillis
Sæpe fricans poteris capitis reparare decorem.

Mane, & vesperi caput iis confricetur, dum prorsus rubescat, & mox melle obliniatur vice Cataplasmatis.

Auctoris.

PRo ulcusculorum Alopeciæ omnina sanatione sequens remedium pluries expertus sum:

♃. Hydrargyri unc. ß.
Terebinthinæ drachm. ij.

Rite simul in mortario ligneo, vel vitreo extinguatur Mercurius, miscendo per horas saltem xij. sensim deinde adde Axungiæ suillæ per secerniculum tractæ drachm. xij. Pul. Staphysagriæ drachm. j. iterum miscendo: servetur deinde Unguentum ad usus in loco frigido. Vel

♃. Mercurii vivi unc. j. ß.
Rite extinguatur cum Terebinthinæ uncia semis, ut dictum fuit superius: adde
Pinguedinis suillæ unc. v.
Pul. radicis Enulæ Campanæ unc. j.
Olei Absinthii unc. ij. servetur ut supra.

Lave-

Lavetur Caput ante illitum cum urina, vel lixivio; vel aqua calcis recenter facta.

Ex Giuberto.

℞. Fol. Nicotianæ lib. ij.
Pinguedinis suillæ lotæ lib. j,
M. bulliant: colentur cum expressione: colato adde
Succi ejusdem Nicotianæ lib. ß.
Resinæ Abietinæ unc. jv.
Coquatur ad succi consumptionem: in fine adde
Aristolochiæ rotundæ s. p. unc. ij,
Ceræ Citrinæ unc. jv. Pro usu.

Aliud mirabile remedium.

℞. Succi Chelidoniæ,
Olei antiquioris an. unc. ij.
Bulliant ad quartæ partis consumptionem, & ultra: deinde adde
Viridis æris unc. ß.
Sulphuris pul. drachm. ij.
Ceræ unc. ß.
Bulliant simul, spatula miscendo: ablato vase ab igne adde
Ol. Juniperini, vel Terebinthinæ q. s. pro usu.

Caput, rasum prius, Lardo suillo veteri cum foliis caulium cocto inunctum mane, & vesperi ablues lixivio miti, idque pannis lineis exsiccatum inunges descripto unguento quousque sanitatem acquisierit patiens.

Ad Raucedinem, & in iis, qui assidue alta voce loqui debent.

Auctoris.

℞. Aceti albi fortis lib. j.
Terræ Japonicæ drachm. j.
Sacchari albi unc. iij.

Hæc in vase vitreo, vel terreo parumper bulliant; tum per hippocraticam manicam colentur. Oxysaccharum hoc frigidum pro gargarismate adhibeatur.

Ejusdem.

℞. Radicis Pentaphylli pp. unc. j.
Aquæ fontis lib. iij.
M. bulliant ad medietatis consumptionem: colato adde
Acaciæ pul. drachm. ß.
Inserviat prout diximus.

Ex Vander Heyden.

Malum austerum, ac crudum loco cœnæ esum, cui superbibantur cyathi duo aquæ frigidæ.

Erysimus a Lobelio, a Pena, a Rondeletio laudatur in amissa voce. Ex eo paratur Syrupus de Erysimo Lobelii ad raucedinem, qui vulgo Syrupus Cantoris nominatur.

Quæ descripsimus adhiberi possunt in musculorum Laryngis, ac Pharyngis flacciditate.

In Colica nephritica.

CLlysteres ex Oleo communi in colica nephritica a veteribus Practicis summopere commendabantur.

In Colica flatulenta.

QUando dolor intolerandus, & horrendus fuerit, ac etiam in terribili saevitate biliosa.

Ex Fullero.

℞. Folior Chamaemeli unc. ij.
Baccarum Lauri cont.
Juniperi cont. an. unc. j.
Salis Ammoniaci crudi unc. ß.
Coquantur simul in aquae lib. jv. sub fine addendo Sem. Foeniculorum
Anisorum
Carvi, & Cymini an. unc. ß.
Coletur: adjice Spiritus Vini lib. j.
Inserviat pro fotu.

Lythontriptica.

COrtex Radicis Ononidis a Simone Paullo velut praestantissimum tam in Vesicae, quam in Renum calculo habetur. A Mathiolo quoque commendatur ad ramicem carnosum resolvendum. Ab Ettmullero in Sarcocele Europiston, & Polychrestum existimatur.

Ex Tilingio cum consilio Physici adhibendum remedium.

℞. Crystalli Tartari s. p.
Lapid. Percarum pp.
Oculor. Canc. pp. an. drachm. j.
Salis Succini drachm. ß.
Sacchari albi drachm. iij. ß.
M. fiat pulvis addendo Olei Anisorum gutt. v.
Dosis a drachm. ß. ad integram.

Pulvis hic, ut loquitur Tilingius, nephriticus ocular iter prodest; Tartarus enim Lapides Renum, & Vesicae, caeterorumque membrorum frangit, & mirabiliter expellit.

Ex Deckerio.

CUrationis scopus primarius est dolorem lenire, & vias reddere patulas tum urinae, tum foecum. Optabilius enim est, ut natura expellat Calculum, quam Medicus.

Ex Baglivo.

UNicum remedium est abstinere a remediis, nam sola quiete Calculus tandem prosiliet.

Pra-

Pro Cadaverum imbalſamatione, & quorumcumque Animalium loricatione.

Ex Gabriello Claudero.

℞. Cinerum Clavellatorum lib. j.
Aquæ communis lib. vj. M.

Stent per horam, & aliquoties agitentur pro perfectiori diſſolutione: ſolutioni huic injice Salis Ammoniaci pul. lib. ſſ. vel paulo plus: rurſus agitetur, & quidem in vaſe obturato, ne partes volatiles evaporent; poſtea filtretur per chartam emporeticam, & ſervetur ad uſum. Vel

Pro Nobilibus.

CAdaver ſpiritu æthereo Terebinthinæ in vaſe plumbeo immergatur per dies tres, vel quatuor, deinde eximatur Cadaver. Spiritu Vini abluatur. Ita enim per longum tempus Cadavera a putredine præſervari poſſunt. Vel

Spiritus Salis optime dephlegmati partem j. Alcohol. Vini p. iij. ſimul circulentur. In hoc circulato ſpiritu Animalia filo appenſa per longum temporis ſpatium a putredine conſervari poſſunt.

Ex Boerhaavio.

ANimalia in Oleo Terebinthinæ æthereo pluries intincta, & totidem vicibus in aere exſiccata, diutius incorrupta oſtenduntur, & pulcherrima conſpiciuntur, ac ſi viva fuiſſent.

Ejuſdem Boerhaavi.

ANimalia immerſa in Pice græca clara ad ignem liquata diu ſuſpenſa, & iterum immerſa, quouſque ſufficiat, ab aeris corruptione præſervari multos, ac multos annos poſſunt.

Alia methodus condiendi Cadavera.

℞. Salis communis,
Aluminis crudi an. part. æqual.

Coquantur in ſuff. quant. Aquæ pluviæ donec leviter ebulliant, in quo lixivio Cadaver ſæpius immergatur, & ſubito extrahatur quouſque pori ſatis ſint refecti: ſed hoc vitii methadus hæc habet, quod aerem humidum ferre nequeunt corpora ita præparata; quapropter ego uſum ſuadeo Salis Ammoniaci loco Salis communis.

Boerhaavii.

IN Aceto Plumbi corpora animalia immerſa, penetrata, & exſiccata, incorrupta diu redduntur, ablata putredine.

Ejuſdem.

SAL Marinus depuratus mirabilis eſt Balſamus, cujus ope Animalium, Vegetantiumque omnes partes a putredine conſervantur, ſed, ut dixi ſuperius, corpora in aere humido patiuntur &c.

Ejuſdem.

PArtes Animalium humidæ, ſolidæve Nitro conditæ ab omni putredine prohibentur, & rubræ diu manent.

Ex

Ex Begnino.

AD condienda Cadavera summopere Spiritus Salis dephlegmatissimus laudatur. Quicquid corruptioni obnoxium est, hoc liquore si imbuatur, multa sæcula incorruptum manet. Creditur, Cadaver formosissimæ Fœminæ hoc liquore fuisse conditum, quod, referente Raphaele Volaterrano, tempore Papæ Alexandri IV. in antiquo Sepulchro prope Albanum adeo integrum repertum fuit, ac si eadem hora fœmina expirasset; cum tamen ex scriptura marmori insculpta id ultra mille trecentos annos ibi defossum fuisse constaret.

Liquores duo ad conservanda Corpuscula usu probata.

Primus.

℞. Spiritus Vini Alcoholisati lib. ij.
Terebinth. claræ lib. ß.
Gummi Elemi uncias ij.
M. fiat distillatio levi igne ex cucurbita vitrea, & capitello rostrato.

Alter autem ita conficitur.

℞. Terebinthinæ Cypriæ unc. j. ß.
Succini flavi unc. ß.
Salis Ammoniaci drachm. j.
Spiritus Vini rectificati lib. j. ß.
M. & fiat, ut antea, distillatio.

Ebrietati ex superflua Vini potione, & Hæmorrhagiis Narium.

℞. Aceti acerrimi lib. ß.
Salis Nitri pul. unc. ß.

Simul ad ignem dissolvantur, & ante totalem refrigerationem addatur Camphoræ radula rasæ drachm. j.

Qua solutione fiat fotus testiculis, & pubis regioni ad arcendam ebrietatem, & violentas narium hæmorrhagias. Vel

Amygdalas amaras quinas, vel senas ante pastum comestas ebrietatem prohibere, vulgaris est opinio.

Remedia crinifica ut Capilli crescant, & decisi ob malignas infirmitates cito renoventur.

MUlierculæ infantium caput Oleo ex Avellanis inungunt per expressionem facto, ut Capilli majori copia crescant. Vel

℞. Cinerum Apum,
Stercoris Muris an. drachm. ij.
Balsami Peruviani drachm. j.
Mellis comm. q. s.
M. & fiet cataplasma ad usum.

Auctoris.

℞. Olei de Lacertis unc. j.
Fel. Bubuli unc. ß.
M. pro capitis illitu.

Pro

Pro decisis ob malignas infirmitates. Auctoris.

℞. Fol. Agrimonii manip. iij.

Terantur in mortario lapideo ad pultem: deinde irroretur puls Lactis recenter emuncti unciis tribus. Stent simul in frigido horis jv. ad succi rarefactionem, & postea per torcular fiat fortis expressio, qua tepente depilatus locus foveatur; & sic pluries in die repetatur remedium recenter paratum.

Epispastica, seu Vesicatoria.

Ex Fullero.

IN pituitosis senioribus, ac frigidioris temperamenti hominibus, Emplastra Epispastica circa primum febris insultum (affectuum Capitis præservationis causa) applicari possunt. Atque in quibusvis torpore, Vertigine, aut Cephalalgia immani laborantibus (propter eorumdem affectuum curationem) adhiberi solent. In constitutionibus vero impense calidis, ubi cum seri defectu Sanguis aduritur nimium, atque in febribus æstu sicco intolerabili, & vigiliis affligentibus Epispastica minus ex usu esse videntur.

℞. Picis Burgund. unc. viij.
Terebinthinæ,
Cantharidum s. p. an. unc. ij. ss.
M. & fiat s. a. massa ad usus externos.

Auctoris.

℞. Cantharidum pul. unc. ß.
Euphorbii pul. scrup. jv.
Picis navalis drachm. x.
Olei stillatic. Terebinth. q. s. ad conficiendum Ceratum molle ad ignem blandum.

In Pleuritidis punctura Resolvens.

VVallesii.

℞. Butyri unciam j. ß.
Semin. Cymini s. p. unc. ß.

M. dolorem lenit mirabiliter: penetrat, discutit. Mirum, si pectori, vel lateri applicueris: fortiter adeo operatur, ut Æger Cymini odorem in ore sentiat, ait Author, & in praxi ita expertus sum.

Ex Gesnero.

℞. Camphoræ drachm. ß.
Dissolve in Spiritu Vini; solutioni adde
Olei Lumbricor. unc. ß.
Unguenti Althææ unc. j. ß.
Croci aquil. s. p. scrup. j.
M. fiat linimentum, quo dolens latus inungatur. Vel

℞. Farin. Sem. Lini unc. viij.
Fœnugræci.
Pul. Sem. Cymini an. unc. jv.
Olei Sem. Lini q. s.
M. in mortario, & f. emplastrum.

Dolo-

Dolorem lenit lateralem, mirabiliter penetrat, & diſcutit: locum habet in pleuritide, & præſertim ſpuria.

Ex Hartmanno.

AD lateris dolores folia Braſſicæ Butyro illita, & pulvere Seminum Cymini aſperſa, dolentique parti impoſita, mirabile ajebat eſſe Auctor remedium. Vel

Auctoris.

℞. Cæparum minut. inciſarum, & contuſ.
Saponis Veneti raſi.
Olei communis an. uncias iij.
Albi græci pul. unc. j.
M. & lento igne fiat Cataplaſma admovendum parti doloris; ſeu puncturæ. Hoc mirum quocunque tempore eſt remedium.

In eodem caſu, & præſertim ubi reſpirandi eſt difficultas, inquietudo, nec non mentita ſuffocatio. Authoris.

℞. Cremoris hordei lib. j. ß.
Ol. Amygd. dulc. ſ. j.
Spermatis Ceti an. unc. j. ß.
M. fiat Cataplaſma molle Thoraci admovendum.

In Alvi ſtipticitate.

QUi Alvum habent ſicciorem, inquit Valdſchmidius, nunquam mane ſtudiis applicare debent, vel foras procedere, niſi Alvum prius depoſuerint; vult enim ſæpius moveri Alvus ſegnior.

Dilectum ac jucundum Auctoris remedium.

℞. Pruna damaſcenas n. xxx.
Ponantur in vaſe terreo vitreato ſuperinfundendo hydropegii bullientis libras quinas, vel ſenas: claudatur vas operculo inverſo, & ita horis xxjv. maneat: jejuno ſtomacho exhibeantur ſex, vel octo patienti ex dictis prunis ad comedendum; deinde ſuperbibatur ſcutella de dicta Aqua frigida, quæ grata reperietur: & ſic quotidie, & Alvus fiet lubrica. Nonnulla vice ſimul cum Prunis infundo nodulum linteum continentem Sennæ orientalis unc. j. & Cinnamomi acuti fruſtulum tritum, ut remedium fiat efficacius pro durioribus, & contumacioribus.

In Capitis doloribus tum Symptomaticis, tum Idiopathicis. Auctoris.

In Idiopathicis doloribus.

℞. Ung. de Alabaſtro unc. j.
Aceti diſtil. gutt. xv.
M. pro frontali, vel temporibus admoveatur ſupra alutam paratum, Unguentum de Althæa fere idem præſtat auxilium. Vel

Ejuſdem.

℞. Antimonii porphyriſati unc. j.
Amurcæ Olei comm.
Aceti Roſati an. unc. ß.

Albus

Albumen ovi n. j.
M. pro frontali.

Ad vigilias, dolores pulsatiles, nec non ad delirium.

℞. Camphoræ rasæ gr. viij.
Aceti fortis unc. j.
Aquæ Rosarum unc. vij.
M. & lintea linea in dicta mixtura madida fronti admoveantur. Vel Quod vires æmulatur superioris, nisi quod Sanguinem refrigerat, & spiritus magis compescit.

Ad idem.

℞. Lactis Muliebris unc. j.
Albumina ovorum n. ij.
Opii rasi scrup. ß.
Camphoræ rasæ gr. v.
M. & frigide admoveatur.

Ex Junckero.

℞. Nucleorum Persicor. unc. ß.
Sem. Pap. albi.
Hyoscyami an. drachm. j. ß.
Camphoræ gr. viij.
Aquæ Verbenæ.
Nymphææ an. unc. ij. ß.
Ex iis fiat s. a. Emulsio, quæ temporibus repens admoveatur; & fronti cum linteolis.

In Febribus ardentibus ad sedandum Capitis dolorem.

℞. Santalor. rubror. pul. unc. j.
Micæ Panis unc. ß.
Aceti rosati q. s.
M. fiat Cataplasma, cui adde
Spiritus Vini unc. ß.

In dolore Capitis punctorio.

Ex Geoffroy.

℞. Piperis nigri.
Caryophyllorum an. q. s.
Ex iis fiat pulvisculus, & cum ovi albumine ad cataplasmatis formam subigatur, tum parti applicetur.

In frigida Capitis intemperie, & Catarrho.

Ex Geoffroy.

℞. Caryophyllorum, Nucis Moscatæ, Cinnamomi,
Macis, Sem. Carvi, & Fœniculorum,
Summitatum Absinthii an. drachm. j.
Ex omnibus, lege artis, fiat pulvis crassiusculus Sacculo includendus, & Vino

rubro calido immergendus, & ſtatim Suturæ coronali applicandus: renovetur, ſi oportuerit.

Sinapiſmus ad ſpiritus excitandos, & expandendos.

℞. Theriacæ optimæ unc. ij.
Sem. Sinapis ſ. p. unc. j. ß.
Salis communis pul. unc. j.
Saponis nigri unc. ij.
Olei Spicæ ſcrup. j.
Aceti q. s.
M. & fiat Cataplaſma Suppedale.

Pariter Alium, Sinapis, Theriaca, Euphorbium, Olea aromatica ſpiritus expediunt, & exagitant. Hæc expetuntur, quando ſpiritus exhauſti, extreme languentes, & fere ſuccumbentes continuitatis ſeriem, expanſionis æquabilitatem, irradiationem, & vigorem non amplius tueri ſufficiunt.

Semen Sinapis pulveriſatum, & aſperſum ſupra inciſiones humerum ex Cucurbitulis ad excitandos Apopleticus & Paralyticos egregium eſt, & ſane excogitatum.

Suppoſitoria in Teneſmo. Auctoris.

℞. Butyri recentis loti unc. ij.
Ceræ drachm. iij.
Croci Angl. ſ. p. drachm. ß.
M. ad ignem levem: deinde in chartaceis conicæ figuræ fiat ſuppoſitorium, vel plura ſuppoſitoria formentur, in aqua florum Sambuci refrigeranda, & conſervanda ad uſus. Vel

℞. Pinguedinis Vervecis colatæ unc. ß.
Butyri ex Cacao drachm. j. ß.
Croci Angl. ſ. p. ſcrup. j.
Oculor. Cancror. pp. gr. xx.
Ex iis, ut dictum eſt, fiat ſuppoſitorium. Vel

℞. Ung. de Succis unc. j.
Florum Sambuci ſ. p. drachm. ß.
Ol. Vitell. ovorum drachm. ij.
Ceræ albæ drachm. iij.
Ad lenem calorem Cera ſimul cum Unguento liquetur: deinde remotis ab igne reliqua addantur pro formandis ſuppoſitoriis in chartaceis, ut ſuperius aſſignavimus, pro uſu.

Suffitus ad idem.

℞. Cap. Pap. alb. unc. ß.
Folior. Verbaſci manip. ß.
Florum Roſar. rubrar.
Balauſtiorum,
Thuris maſc. an. drachm. ß.
M. &, ut artis eſt, fiat pulvis craſſiuſculus, cujus in prunas conjecti fumus excipiatur per ſellum perforatam.

Suppoſitoria ad hæmorrhoides provocandas, necnon aperiendas.
Auctoris.

SUmatur radicis recentis Raphani ruſticani fruſtulum aliquod, vel pars ſubtilior, & radula ad figuram Semiellipticam redigatur, ita ut ſcabra ejuſdem

toça

tota superficies evadat, deinde Aloe succotrina inspergatur quousque scabrositates prædictæ impleantur, & explanentur. Radix vero hac ratione parata pro suppositorio adhibeatur.

Ex Practicis.

Suppositoria ex Hiera picra Galeni cum pul. Colocynthidis ex Melle parata hæmorroides insigniter stimulant.

Auctoris.

℞. Pilular. Cochiar. unc. ß.
Manu elaboretur Suppositorium.

Ex Junckero.

℞. Pul. rad. Jalapæ scrup. j.
Extracti Hellebori nigri scrup. ß.
Mellis q. s. ad suppositorium conficiendum.
Si opus sit, exsiccetur extractum, ut redigi possit in pulverem.

Nonnulli usum internum commendant Pilularum S. Fuscæ, quarum Doses in meo, de Dosibus medicamentorum Indice prostant, & earum præscriptio ad Medicum Physicum pertinet semper.

Radix vero Peucedani recens, ut superius diximus, elaborata, & adhibita idem præstabit.

Ex eodem Junckero.

Suppositoria tantum in motum agunt, non in materiam, hinc circumspecte adhibenda, quia sæpius, præcipue in infantibus, convulsiones causari possunt.

Generaliter observandum est, ne Suppositoria, quæ ingrediuntur Sales, aut quævis acres materiæ, iis adhibeantur, qui hæmorrhoidibus laborant.

Fiunt Suppositoria ex Lardo, vel ex Caseo contra Ascarides in intestino recto stabulantes, quæ ipsis adhærent; & extracto suppositorio, simul extrahuntur Ascarides, inquit Ettmullerus in Schrodero p. 1033. C. 83.

Alia Suppositoria lenia fiunt ex Saccharo, Melle, Hempsemate, seu Sapa ad M. C. consistentiam redacta, & in forma conica magnitudinis digiti auricularis magis, minusve elaborata, oleoque demum Amygdalino oblinita.

Ulterius Suppositoria conficiuntur ex Sapone, Ficu inversa, Sevo hircino, bubulino, Candela sebacia, cerea, vel ex caulibus, & radicibus e. g. Betæ, Brassicæ, Althææ &c. in dictam formam cultro redactis.

Si Suppositoria lenia superius adnotata pulvere aliquo simplici, vel composito purgativo obducantur, tunc suppositoria fiunt purgativa, & acria, & facili, & tuto modo cito parantur.

Alia Suppositoria conficiuntur per effusionem, & mixtionem, si, quæ addenda fuerint, pulverisata sint, antequam Cylindri formentur, uti ostendimus in Tenesmi suppositoriis.

Cordialia.

Fridericus Hoffmannus experientiis annorum circiter quadraginta tandem testatus est, nullum invenisse tutius, efficaciusque remedium Cordiale Vino optimo, ac generosiori.

Cordiale jucundum, & delectabile. Ex Fullero.

℞. Vini generosioris unc. vj.
Ol. Cinnamomi,
Sacchari candi s. p. unc. ß.
Vitell. ovorum n. ij.
M. exhibeatur per cochlearia.

Auctoris Topica cordis regioni applicanda.

℞. Manthecæ Rosarum,
Flor. Aurantior. an. unc. ß.
Olei Cinnamomi gutt. x.
Nucis moschatæ gr. xxv.
M. pro usu externo. Vel
℞. Fol. Menthæ
Absinthii an. pugil. j.
Caryophyllor. pinguium contus. drachm. ß.
Simul in Mortario contundantur, addendo in fine Vini Malvatici unc. v.

Pro Cordis Epithemate, aut Stomachi.

℞. Aquæ Vitæ Anisatæ unc. ij.
Aceti acerrimi unc. j. ß.
Theriacæ optimæ drachm. j.
Croci s. p. scrup. ß.
M. pro Cordis epithemate cum petiis linei admovendo repente.

Crocus est verum spirituum animalium excitans, testante Boerhaavio pag. 245. Ch. T. 2. Et Raymundus Mendererus ait: digitô auriculari sinistræ manus affrictus confestim ad Cor penetrat: tanta est Croci cum Corde societas.

Acustica, seu Auditum juvantia.

Præcepta generalia aliquot in morbis Aurium omnibus curandis.

Ex Sennerto.

Medicamenta, quæcumque Auribus immittuntur, sint tepida, non intense calida, vel frigida.

Nova Medicamenta non imponantur, nisi Auris a sorde alicujus præcedentis medicamenti optime expurgata sit.

Una vice tres, vel quatuor guttæ immittendæ sunt.

Post medicamenti in aurem immissionem Æger semper super aure sana jaceat.

Auribus immittenda, ne sint valde unctuosa, aut viscosa.

Caput in omni surditate diligenter roborandum tum internis, tum externis remediis.

Ex VVedelio.

Suffitus magis exsiccant; vaporosa humida magis demulcent; oleosa, & spirituosa magis discutiunt, & roborant; sed in singulis cavendum est semper ne quid nimis.

Immissis topicis, masticare consultum est, ut magis penetrare possint medicamenta.

Sin

Sin Auribus adfuerit Tinnitus Tubæ, Acustica rarius prodesse solent, inquit Nuck.

Ex Simone Paulli Quadrip. de Amygdalis &c.

OLeum Amygdalarum dulcium in surditate, & tinnitu quidem Aurium commendatur, sed ob aurium anfractus in ejus usu cautela opus est. Id enim ad tympani membranam ubi profluxerit, cum haud facile extergi queat, laxat interim membranam, atque gravem auditum non modo non medetur, sed parum aliquando auget.

Ex. J. Colbathc Medico Anglo.

PUlvis foliorum Asari nonnunquam surditati medetur, si in aures granum unum, aut alterum insuffletur. Hujus novi Errhini usum (ait Auctor) expertus sum in oris, & linguæ paralysi, quæ unica dosi hujus remedii, & largo inde suborto pituitæ fluxu sanata fuit. Quapropter hoc Errhinum, seu Capitipurgium medicamentum contra capitis affectus diuturnos, & contumaces ex viscida, tenacique materia oriundos, gravativos dolores, paralysin, morbosque soporosos utiliter præscribi posse censeo. Ego quidem expertus sum: oportet, ut folia Asari non sint vetustate proscripta, ut medicamentum sint infallibile.

Ex platero.

℞. Spiritus Vini, vel
Tincturæ Castorei drachm. ji.
Succi Cæpæ drachm. j.
Olei Spicæ gutt. ij.
M. pro usu.

Ex Boerhaavio.

OLeum Ceræ distillatum asperos dolores pulcherrime lenit.

Ex Bateo.

Turundæ acusticæ optimum remedium.

℞. Galbani, Picis navalis an. drachm. ij.
Hellebori albi pul. scrup. v.
Zibeth. gr. vj.
M. Ex qua massa fiant octo, vel decem partes ad formam Caryophylli aromatici sindone rarissima involvendæ, filo ad extremitates majores appenso, ut ex aure evelli possint.

Ovula Formicarum contrita, cum Succo Cæpæ in aurem infusa, vetustissimam surditatem persanare valent.

Methodus præscribendi Vinaceorum fotus ex Malpighio.

VInaceorum usus profecto a Medicina omnino rejectus est, cum ægrotantes nunc non illum adipiscantur fructum, qui diu olim obtinebatur, ideo ut inutilis a Medicorum cœtu ablegandus; non, quia Vinacea per se orbata sint illa efficacia, quæ necessaria est ad respectivos morbos tollendos; verum quia Præscriptores sunt illi, qui decipiuntur, cum a recta aberrent methodo.

In Vinaceis quoddam principium penetrantissimum redundat, majori gaudens vi, quam illud in Vino latens, idoneum enim est ad membra contracta laxanda,

da, humores densos, & viscidos incidendos, ac resolvendos, tandem ad roborandas partes.

Activiores possidebunt vires vinacea illa, ex quibus absque aquæ additione extractum sit vinum; nam aquæ additionis ope copiosior illius principii pars, in vinaceis mansura post vini exitum, cogitur ab ipsis disjuncta vino associari. Copiosiorem itidem dicti vaporis possidebunt copiam vinacea ex uvis labruscis ad maturitatem perventis: sic etiam illa, e quibus vinum nuper egressum sit.

Vinum fragrans, ac validum vinacia relinquit maxima pollentia activitate; cujus gradus tamen a diversa vini qualitate metiendus: & cum vires in locis eminentibus expertibus mineralibus inquinamentis, ac magis Soli expositis terræ commissæ vinum edant activius, ideo debet euicunque Vinaceorum vis respondere: contra vero, quæ torcularis ope expressa extremum emisere succum, & eo magis illa, quibus in earum fermentatione addita fuerit aqua.

Vinacea sine aquæ additione ulla, in quibus calor ex eorum intimo motu exoritur, ac conservatur, aliis anteponenda esse videntur.

Quo ad eorum usum, immersio partium, quæ morbo afficiuntur, commendatur: non quod alia ratione adhibita non prosint, involvuntur enim in linteis, vel sacculi ex hisce replentur, sicque parti affectæ calida applicantur; attamen immersio cernitur efficacior, cum per ipsam commodius, ac promptius vinaceorum vis membris communicetur.

Instar Sudatorii immersio erit facienda, defendendo scilicet caput, ac respirationem a Vinaceorum vaporibus: verum ad reddendam immersionem utiliorem, necnon activiorem, utendum erit vase instar lacus depresso, tamen sic apto, ut Æger cum commode residere, tum membra extendere affecta possit. Immersionis tempus ad horam cum dimidia extendetur, qua peracta, defendenda membra ita, ut aucta diaphoresis ab aeris injuria non impediatur; ideo consonum erit lectulum tepidum petere, & saltem per integram horam ibi permanere.

Ad mensem usque protrahi fas erit usus Vinaceorum, & si hoc obtineri nequeat, tamen per dies quindecim perseverandus; neque in hoc opere illa eadem semper adhibenda sunt Vinacea, cum ex immersione aliquid sui vaporis amittant, idcirco quotidie recentia substituenda.

Expergefactus, ac surgens e lectulo Æger locum petere idoneum debet, facilius enim & promptius optata perspirationis auctio obtinebitur.

Ad Hæmorrhoides protuberantes cum dolore.

Linaria, seu Osiris Mathioli externe est anodynum medicamentum, quo vix præstantius ad hæmorrhoidum cæcarum dolores mitigandos proponitur, & ab omnibus laudatur quocunque modo adhibita, sive sola, sive cum Millepedibus ad instar Cataplasmatis commixta, seu cum pinguedine cocta. Hartmannus, Wolfius, Verzascha mirabile hoc prædicant remedium.

Non silentio prætereundum putavi; Ficum siccam inversam hæmorhoidibus admotam cito dolores demulcere, & cito sedare.

Ex Allen in hæmorrhoidibus inflammatis.

℞. Plantaginis, Polygoni,
Summit. Rubi, Equiseti an. manip. ß.
Verbasci manip. ij.
Sem. Lini, Flor. Rosar. & Balustior.
Cortic. Granator.
Baccar. Myrtillor. an. drachm. vj.
Ex omnibus fiat decoctio in aqua cum Vino rubro pro fotu.

Ex

Ex Boylæo.

℞. Sacchari Saturni drachm. ß.
Aceti optimi unc. jv.
Ol. Sambucini q. s. ad conficiendum nutritum in mortario plumbeo.

Ad dolorem earumdem demulcendum.

Auctoris.

℞. Olei Sem. Lini f. i. rec. parati, vel Amygdalarum dulcium rec. expressi,
Ranarum vivent. an. lib. ij.
Simul frigantur quousque Ranæ aridæ, & siccæ fiant: coletur oleum, & ad usus custodiatur.

Ad internas, & externas hæmorrhoides inflammatas.

℞. Pulpæ Cassiæ recenter tractæ q. s. admoveatur hæmorrhoidibus, vel
Dissolvatur in lacte, & fiat injectio, quæ utilissimum est remedium.

In hæmorrhoidibus exulceratis.

Ex Boylæo de Util. Philosoph. exp.

SI hæmorrhoides exulceratæ fuerint, fiat Unguentum ex Oleo Amygdalarum dulcium sine igne recenter expresso cum Auro fulminante ad debitam consistentiam. Id Author certa experientia commendat.

In Mulieribus ante Menstruationem.

QUæ doloribus corripiuntur ita acerbis, ut illorum, qui Parturientes excruciant, pene sint æmuli.

Ex Hamilthono.

℞. Olei Amygd. dulc. vel Sem. Lini drachm. vj. per se, vel cum Syrupo Violarum singulis noctibus exhibeantur per menses aliquot. Hoc remedium expertus laudo. In majori quantitate propinari debere, ait Allen.

Ad Affectiones hypochondriacas.

ME vix continere queo, ne aliquid pro interno exponam, quod simplex sit.

Ex Fernelio Consil. 43. ad. D. de Morigni.

DEcoctum Cerasorum acidorum in hypochondriacorum affectu summopere prodest; imo hoc unico remedio complures convaluisse, ait Auctor.
Pariter plurimum laudantur juscula ex Cichorio sylvestri copiosiora,

Coadjuvantia digestioni.

ANisi semen veteres Medici in Ventriculo frigido, & humido tamquam stomachicum eximium commendarunt. Hinc in difficili ciborum coctione, quæ a Ventriculi cruditate, ut ajunt, oritur, ut & in Colico dolore, singultu, dolore capitis, vigiliis, diarrhœis, & aliis hujusmodi feliciter usurpatur.

Authoris ad idem.

℞. Caffe ustulati, & pul. drachm. j.
Absinthii Romani sicci scrup. j.
Aquæ fontis uncias vj.

Ut artis est simul ferveant unico fervore: deinde per subsidentiam clarior pars cum Saccharo, vel sine pro potu sorbillatim in hora digestionis exhibeatur.

In Herpetibus, Authoris.

℞. Unguenti Rosati Mes. unc. j.
Cinnabaris artif. ab experto Professore factæ, & porphyrisatæ,
Antimonii crudi lævigati an. drachm. iij.
Oculor. Cancrorum pp. drachm. j. ß.
M. pro usu.

Inter multa a me excogitata nil validius, efficaciusque hoc remedio expertus sum, abluendo partem cum aqua ex Calce viva cum floribus Sambuci, & in tempore pruriginis dicta aqua partem herpeticam fomentando.

Cum Medici physici consensu hæc interna sunt danda Mense Majo.

℞. Succi depurat. Fumariæ,
Cichoreæ sylvestr. an. unc. ij.
Seri Vaccini unc. v.
M. & superbibantur sequentibus bolis quotidie per dies xxx.

℞. Antimonii porphyrisati gr. xx.
Oculor. Cancror. pp. gr. x.
Succi concreti Fumariæ,
Cichoreæ an. scrup. j.
M. fiant boli v. quotidie sumendi ut dictum est, præmissis purgatione, & Sanguinis emissione, Medico physico probante.

Pro Septembri Mense exhibere semper usus fui decoctum sequens per dies, ut supra: & hac methodo Herpetes horrendi, & exedentes perfecte sanati sunt.

℞. Salsæparillæ pp. unc. ß.
Radicis Bardanæ pp.
Cichoreæ pp. an. drachm. ij.
Antimonii contusi drachm. iij.
Aquæ fontis lib. ij. M.

Digerantur per noctem, mane bulliant ad remansionem unius libræ, quæ in aurora exhibeatur, & in lectulo saltem per horam Patiens unam quiescat. Hac methodo complures Herpetes, & Serpigines fere desperatas ad perfectam sanitatem reduxi in sequentis Octobris mense.

In Ambustionibus, & Gutta Rosacea.

MAgisterium Saturni arcanum est contra Ambustiones, & Erysipelaceas inflammationes in aqua Solani, vel Plantaginis solutum: & clariss. Frid. Hoffmannus adversus Guttam rosaceam, & alias faciei pustulas saniosas, & impe-

impetiginem, ac Ulcera cancrosa, aquam Rosarum plurimum commendat pro solutione dicti Magisterii.

Ex Mynsicht.

℞. Albumina Ovorum n. iij.
Ol. Olivarum unc. j.
M. & simul quassentur donec ad consistentiam linimenti albi transeant: liniatur pars cum penna gallinæ sine fasciaturis. Hoc singularissimum, ac certissimum dicitur remedium.

Ad Impetigines. Dolæi.

℞. Succi Sempervivi unc. ij.
Cretæ pul. q. s.
Salis Saturnini f. p. drachm. j.
M. & fiat ad instar linimenti.

Ad faciei dehonestamenta discutienda.

℞. Cochleariæ succi q. s. simul cum herba contusa Faciei imponatur ad formam Cataplasmatis, & brevi temporis intervallo maculas tollit: postea vero decocto furfuris pars abluatur. Vel

℞. Camphoræ rasæ drachm. ij.
Ponatur in mortario vitreo sensim affundendo Succi limonum unc. j.
Deinde adde
Vini albi lib. j.
Coletur, & Camphora residua petia ligata in vitro suspendatur ad usum.
Oleum Nucum Myristicarum valde a nonnullis laudatur adversus faciei lentigines, & maculas furfuraceas.

Ad Varos.

Jonthi a Galeno appellabantur Vari, ideft exigui, durique faciei tumores a crasso humore generati, quos Plinius, Celsusque Varos pariter nominant.

Simon Paullus succum Betulæ Jonthis, seu Varis faciei certo experimento mederi affirmat, si interdiu, & præsertim mane, & vesperi facies eo lavetur, atque non detersa siccescat.

Ad deformes Vulnerum Cicatrices.

Oleum Myrrhæ per deliquium improprie dicitur, cum nil aliud sit, quam Myrrhæ liquamen, mediante humore sulphureo salino Albuminis ovi. Sic, ut scias, præparatur. Ova recentia ad duritiem elixata per mediam latitudinem in duas parter æquales incidantur: exemptis Vitellis, Myrrha electa pulverisata cavitates albuminum impleantur; Albuminum medietates iterum junctæ, & filo leviter constrictæ in Cella vinaria, vel alio humido loco suspendantur, ita ut Myrrhæ liquamentum in vas vitreum subjectum sensim distillet. Humor ille blando igne in vase aperto ad quartæ partis diminutionem exhalet, & servetur ad usum. Commendatur ad lentigines, faciei rugas, & ad deformes Vulnerum cicatrices delendas, si eo sæpius illiniantur.

Ad inflammationes Papillarum, & Testiculorum.

℞. Cerussæ pul. Aluminis rupei,
Vitrioli albi an. un. jv.
Boli armenæ or. unc. ß.
Croci pul. drachm. j.
Aquæ communis unc. xx.

Simul bulliant in vase terreo vitriato usquequo materies ad siccitatem redacta sit: tum uncia tantum dictæ massæ dissolvatur in aqua rosacea, & cum linteis ea imbutis fiat fotus parti inflammatæ: & habebitur remedium omnibus securius, & tutius.

In Contusionibus levibus sive in Capite, sive in aliis corporis partibus.

FOmentationes ex aqua valde salita summopere prosunt. Ita candidissimus Sancassani Chirurgus expertissimus Magatinus.

Ad Contusiones omnes. Authoris.

℞. Spiritus Vini unc. vj.
Theriacæ opt. drachm. iij.
Camphoræ rasæ,
Croci or. s. p. an. drachm. ß.
M. & fiat fotus. Vel

Ejusdem.

℞. Mellis com. lib. ß.
Farinæ Lupinorum unc. j. ß.
Salis com. s. p. unc. j.
M. pro cataplasmate repente admovendo. Vel
℞. Pul. sem. Cumini unc. ij.
Mellis com. unc. j. ß.
Vini generos. q. s.
M. & fiat puls, ut supra. Vel
℞. Folior. Absinthii Romani manip. jv.
Salis com. s. p. unc. ß.
Conterantur simul ad formam cataplasmatis ut supra applicandi contusionibus.

Ex Praxi.

℞. Aquæ Regin. Hung. unc. j. ß.
Olei Philosophor.
Ceræ rectific. an. drachm. j.
M. In vase vitreo rite clauso digerantur, ut artis est; & serventur ad usum.

Aliud nobile.

℞. Spiritus Vini unc. vj.
Benzoes contusi unc. ij.
Aloes hepaticæ pul. unc. j.

Exci-

Excipiantur in lagena vitrea rite clausa, & igne lento fiat s. a. solutio; deinde per organum vitreum extrahatur spiritus, & in fundo quod remanet Balsamum erit ad contusiones, & ad nervos contractos, ac debiles, & ad capitis dolores diuturnos remedium optimum, & nobile pro usu externo.

Ad Contracturas Nervorum, & Ligamentorum.

PAracelsus, & Helmontius tantas deprædicant Olei Tartari distillati laudes ad morbos ligamentorum, membranarum, & tendinum, ut ipsos in contracturam usque perventos eo curari posse, experti afferant.

Ad Nervos roborandos, Authoris.

℞. Olei distill. de Lateribus,
Nucum myristicar. an. drachm. jv.
Balsami Peruviani drachm. ij.
Spiritus Salis Ammon. nuper facti drachm. j. ß.
S. A. in mortario vitreo simul exacte uniantur ad usum.

Ex Paracelso ad Nervorum contracturas.

℞. Olei Terebinth. lib. ij.
Gummi Galbani lib. j.
Elemi lib. ß.
M. & per retortam amplam fiat distillatio. Oleum servetur ad usum. Partes ex Nervis contractis affectæ ter in die inungantur per longum tempus.

Galbanetum Paracelsi a Geoffroy eleganter describitur pag. 523. T. I. Valet ad idem, necnon ad spasmodicas affectiones pro illitu, & ad membrorum paralysim, & ad colicos dolores convulsivos. Remedium hocce a me dicitur sine pari.

Anodyna fortia.

Ex Bateo.

℞. Saponis Veneti rasi unc. j.
Camphoræ rasæ drachm. vj.
Opii rasi unc. ß.
Croci or. s. p. drachm. j.
Spiritus vini unc. x.

Simul indantur phialæ vitreæ, & diebus x. digerantur: tum fiat colatura, quæ dolores sedat violentos, si pannum in ea imbutum, & morbo impositum, quarta quaque hora reiteretur: confertque etiam Rheumatismus, & Arthritidi.

Ex Fullero.

℞. Cap. Pap. cum seminibus contus.
Sem. Anethi an. unc. ij.
Foliorum Hyoscyami
Cynoglossæ.
Solani.
Flor. Chamæmeli an. manip. ij.

Coquantur in lib. vj. aquæ ad remansionem lib. jv. Usurpetur cum stupis laneis calidissime intinctis, expressis, & alternatis, repetendo quoties dolores in-

tensius urserint. Fibras contractas lenit, spiritus irritatos consopit, humores acres obtundit, viscidosque attenuat, & circulationi obsistentes eidem reddit.

Aliud mitius ex Mynsicht.

℞. Olei Olivarum rec. lib. j.
Minii pul. drachm. iij.

Coquantur simul sæpe sæpius spatula lignea miscendo ad mediocrem cerati consistentiam: addendo

Ceræ citrinæ lib. j.
Sem. Hyoscyami pul.
Colophoniæ
Terebinthinæ an. unc. jv.

Pro usu in quocunque tempore utilissimum est: mire sedat, atque dolores placat.

Ad Bronchocele.

℞. Calcis vivæ sonantis s. p. unc. v.
Mellis com. q. s.

Simul misceantur pro Cataplasmate quotidie renovando.

Ex Aetio.

℞. Gummi Bdellii pul. unc. iij.
Mellis com. q. s.
M. prout supra dictum est.

Commendat idem Aetius Stercus Capræ in aceto liquatum, & admotum.

In Ulceribus antiquis rebellibus.

Ex Bellostio.

DEcoctum foliorum Juglandis in aqua factum cum pauco Saccharo est remedium ab Auctore valde commendatum: modus adhibendi decoctum est, linteolum eo imbuendo, & ulceri imponendo, & non sæpius quam secundo, vel tertio quoque die eamdem applicationem renovando, donec ulcus convaluerit. Hoc medicamentum, utcunque simplex, & vulgare videatur, suppurat, detergit, incarnat, putredini resistit &c. Certius, & felicius quam aliud quodcunque remedium hactenus notum sanat, inquit Auctor, qui multo prolixior est in hujus remedii laudibus.

Ex Helvetio, Rulando, & Boylæo.

BAlsamum Sulphuris, factum uti a Boerhaavio in ejus Chemia describitur, egregium est remedium in Ulceribus pallidis, frigidis, mucosis, aquosis, saniosis, quæ feliciter curare ajunt.

Ex Boerhaavio.

TArtarus solubilis extrinsecus ulceribus sordescentibus mundandis prodest, atque ad feliciorem sanitatem perducit.

In

In Ulceribus rebellibus, ac antiquis ex praxi Constantinopolitana.

℞. Terebinthinæ,
Olei rosati an. unc. iij.
Tutiæ porphyrisatæ unc. ij.
Ceræ virginis unc. j.
M. & f. a. fiat Unguentum.

In gallici Ulceribus medicamentum hocce non est particulare; uti in aliis casibus.

Balsamum Samaritanum compositum.

Monsieur le Clerc.

℞. Vini hispanici,
Olei rosati an. partes æquales.

Ad quamlibet libram adde Sacchari candidi pul. Mellis violati an. uncias duas. M. & lento igne bulliant, despumando usque dum Vinum omnino evaporatum sit. A Sancassani nuncupatur Balsamum Balsamorum ob ejus excellentiam in Articulorum Ulceribus.

Ad Spinas Ventosas.

℞. Aquæ com. cyath. xxx.
Calcis sonantis vivæ lib. ij.

Simul stent in frigido horis x. vel ultra: pars clara decantetur, cui addantur
Sublimati corrosivi f. p. drachm. ij.

Spinæ Ventosæ, Fistulæ, Humores salsi, Gangrænæ, Erysipelata, Scabies filamentorum lineorum ope in dicta aqua madefactorum, & applicatorum curantur. Vel

℞. Cerati Cerussæ lib. j.

Liquetur in vase terreo, & priusquam omnino frigescat, adde
Sublimati optimi f. p. unc. j.
Lignoque permisceatur, addendo in fine Salis Ammoniaci f. p. drachm. ij. ß.

Pro usu super alutam extendatur ad latitudinem Ulceris extensionis. Ulcus semper aqua salita lavetur. Quotidie Ceratum repetatur.

Ad Aphthas.

Decoctum foliorum Caprifolii tonsillarum, & faucium affectiones, gulæ inflammationem, exulcerationes, & aphthas curat.

Ex Anguillara.

Jacea præstantissima est in Aphthis cris sanandis.

Omnibus remediis in hoc morbo curando sequens antecellit.

℞. Terræ Japonicæ drachm. iij.
Aquæ calcis unc. xij.

Simul coquantur in vase terreo ad tertiæ partis consumptionem: colaturæ adde
Salis Saturni f. p. scrup. j.
Mellis rosati simpl. unc. ij.

Capiat Æger cochl. j. singulis horis, vel sæpius os colluatur dicta solutione.

Bolyæi.

Boylæi.

℞. Succi Sempervivi maj.
Mellis opt. an. part. æq.
M. Coque parumper in vase terreo ad clarificandum, deinde adde Aluminis rupei q. s. ad saporem mediocriter austerum conciliandum.

Cum gossipio illiniantur Aphthæ, vel guttur exulceratum singulis horis, vel sæpius. Auctor hoc remedium tanquam specificum vindicat.

Gargarismus.

℞. Decoct. Cort. intern. Ulmi cum pauco Melle rosato simplici. Hic revera optimus Aphthis curandis Gargarismus est.

Ex Boerhaavio.

℞. Aquæ Rosarum distill.
Syr. de Papaver. albo an. unc. ij.
Vitell. Ovorum n. ij.
M. Hujus remedii pauxillum ore assiduo contineatur.

In Phthiriasi, seu ad enecandos Pediculos, Ovula, seu Lendines, necnon Pediculus cancrosos inguina incolentes.

Ex Allen.

℞. Olei still. Spicæ drachm. ij.
Amygdal. dulc. s. p. unc. ß.
Unguenti Nicotianæ drachm. vj.
M. ad usum.

Unguento Nicotianæ eo substituerem Pul. Nicotianæ fermentatæ, qui semper in promptu habetur, q. s. Pediculi moriuntur unius noctis spatio, uti in praxi vidimus.

Authoris.

℞. Sem. Staphysagriæ pul. drachm. j.
Camphoræ drachm. ß.
M. Hoc pulvere Capilli inspergantur. Si Pediculi confugerint ad tunicam, alligata zonula infecta unguento mercuriali descripto in Alopeciæ curatione pediculos omnino perire videbis.

Pulvis baccarum Cocculæ Indicæ capiti inspersus certo certius pediculos interimit. Condrochius, qui peculiarem de iis tractatum scripsit, millies expertus in puerulis tradit, hunc pulverem etiam exigua quantitate cum adipe suillo, vel pomo cocto, vel similibus permixtum, & capiti applicatum egregie Pediculos interficere, & felicius, quam Staphysagria, & tutius, quam Hydrargyrum.

In Adultis pro Pediculis cancrosis in inguine stabulantibus necandis Sapo niger inunctus, est remedium infallibile, neque opus est, ut aliud quodque exquiramus.

Ego expertus sum, Nicotianam pulverisatam cum adipe Suillo commixtam pro inunctione ad inguina, post breve temporis spatium Pediculos cancrosos in inguine nidulantes penitus interimere.

Pur-

Purgantia externa.

Ex Boerhaavio.

CUm Oleo Ceræ distillato Abdominis crebra inunctio adstrictæ alvo lubricitatem conciliat, hinc in infantium morbis percurandis nobile erit remedium. Vel

℞. Vini generosioris,
Olei com. an. unc. iij.
Pomor. Colocynthidis drachm. iij.
M. bulliant ad tertiæ partis consumptionem: dein coletur pro usu;

Jaceat purgandus horizontali decubitu, & in umbilicum Olei ejusdem gutt. iij. vel jv. instillentur: ita stet per horæ medietatem, & purgabitur. Vel

Colocynthis umbilico admota cum felle bubulo non solum Alvum subducit, sed Vermes in intestinis nidulantes enecat, & expellit.

Ex Dorero.

℞. Pul. Colocynthidis
Zedoariæ
Itidis an. unc. j.
Agarici unc. ij.
Simul omnia macerentur per horas xij. in vini absinthiaci lib. ij. factaque expressione adde
Galbani in aceto soluti s. a. drachm. iij.
Croci pul. scrup. jv.

Inspissata lento igne ad linimenti crassitiem umbilici regioni applicentur.

Deckers in Tractatu de methodo medendi lib. de Purgantibus multa proponit externa medicamenta.

Emplastrum purgans Cnoffelii in Donzello ultimæ modernæ impressionis pag. 420. egregium est.

In Fluore albo, in Lochiis, & Fluxibus immodicis Mulierum.

℞. Ceratum ad hernias,
Diapalmæ an. unc. j.
M. extendatur, ut artis est.

Externe lumbis applicetur: quando detrahere velis Ceratum, quod maxime adhæret, prius foveatur pars cum stupis aqua calida madefactis, & expressis; ita enim liquescet, & facile Ceratum cedet. Vel

Authoris.

UNguentum Comitissæ specifico Helvetii actuatum valde prodest, necnon cum Terra examinata Vitrioli, vel Terra Catechu.

Medicamenta Lumbis applicentur, non quod Renes illic situm habeant; sed quia Arteriæ, quæ sanguinem pudendis addunt, hoc in loco, scilicet ex Aorta exeunt, ut etiam propter ejusdem partis musculos, & ligamenta laxata.

Ad Soporosos excitandos.

SEmen Sinapi pulverisatum, & aspersum supra incisiones Cucurbitularum ope factas, ad excitandos Apopleticos, & Paralyticos egregium est.

Ex

Ex Allen, & Cartheuser.

ACetum Naribus per Siphunculum injectum plus excitat, quam Spiritus volatilissimus Alchalinus. Hoc ego pluries expertus sum cum admiratione Medici, & plurium Chirurgorum, post frustraneum usum Spiritus Salis Ammoniaci, Olei Succini, & nonnullorum aliorum tentaminum.

In Paralysi.

Animadversiones in inunctionibus.

INunctiones in Paralysi cum valida frictione usurpentur ad partem primario affectam: nequam vero ad secundario patientem.

Partis autem affectæ dignotio ex Anatome desumitur, in qua Nervorum origines, & insertiones docentur.

Si enim pars faciei dextera, vel sinistra resolvatur, reliquis partibus illæsis; Cerebrum tantum afficitur secundum eam partem, a qua Nervi ad partes eas deferuntur.

Si vero partes Capiti subjectæ una cum facie lædantur, Spina dorsi, & Cerebrum afficiuntur: &, si partes subjectæ lædantur, Facie illæsa, in sola Spina vitium consistit.

Et quidem in principio illius, si omnes simul lædantur; si vero dimidia pars corporis paralytica sit, dimidia tantum Spinæ portio obsidetur.

Cruribus resolutis, affectio est circa finem Spinalis medullæ juxta Vertebras Ossis Sacri.

Sic in cæteris inquirendus est locus, quo Nervi exoriuntur, qui ad partem paralyticam deferuntur. Hæc a Riverio.

Ex Chesneau.

NIl potentius est in affectibus paralyticis (experientia teste) ad discutiendum humorem aliquem in vertebris Lumborum, vel in Musculis concretum, quam Oleum Philosophorum, & Oleum Terebinthinæ; quod exit a retorta Chimica post spiritum, aureique est coloris; quod ego interpretor esse debere Oleum, quod dicitur Æthereum, deinde rectificatum pro re tutiore.

Ex Cratone.

℞. Saponis Veneti lib. ß.
Olei Baccarum Juniperi unc. j.
Pul. Sem. Erucæ drachm. vj.
M. fiat Unguentum.

Ex Boerhaavio.

CUm Oleo Succini rectificato illitus, & affrictus multum juvat ad contracta membra, paralytica, debilitata, & torpida sananda.

Mesuæ.

OLeum de Euphorbio satis commendat Author in crassis humoribus incidendis, in tremulis, convulsis, stupidis, in cæterisque Nervorum morbis a frigore oriundis.

Autho-

Authoris.

℞. Ol. Lumbricorum,
Spiritus Vini, seu Aq. Reg. Hung. an. unc. j. ß.
Olei ætherei Terebinth. unc. ij.
Spiritus Salis Ammoniaci drachm. iij.
M. Sed prius simul in vitro rite clauso digerantur, vas sæpæ sæpius agitando, pro usu.

Ex Sennerto.

℞. Galbaneti lib. I.
Spiritus Terebinthinæ lib. ij.
Olei essentialis Lavendulæ unc. iij.
Indantur retortulæ, & s. a. fiat distillatio.

Mirabiliter juvat inunctum Occipiti, & Cerebro tanquam origini nervorum nec non membris omnibus paralyticis, & aridis (præmissis tamen universalibus) multum prodest, si in hoc spiritu panni lintei madefacti iis apponantur: brevi enim tempore miram spectabis operationem, ac felicem restitutionem; quia omnes Nervos penetrat, ac roborat, quod in hoc morbo maxime requiritur. Anodynum quoque est, & dissolvens. Omissis cæteris, quæ omnibus Professoribus haud ignota sunt.

Cnoffellii.

℞. Lumb. terr. pp. & pul.
Baccar. Juniperi,
Sem. Erucæ an. unc. j.
Rad. Angelicæ,
Pyrethri, & Ari an. unc. ß.
Florum Lavendulæ siccæ,
Salviæ, Rorismar. an. drachm. ij. ß.
Piperis albi, & nigri an. scrup. jv. ß.
Mastiches, Myrrhæ,
Succini flavi s. p.
Castorei Moscovit. Euphorbii an. drachm. j. ß.
Infundantur omnia s. a. pp. in Spiritu Vini lib. ij. quæ sint dephlegmatissimæ, & fiat s. a. Tinctura, cujus facultates, & usus sunt:

Ante, & post paroxismum propinetur, atque prope novilunium, & plenilunium repetatur. Epilepsiam, & passionem hystericam integre, & miraculi instar eradicat. Dosis est scrup. ij. in aq. Cerasorum nigrorum, vel Julapio aliquo Cephalico. Externe vero non datur magis præstans anodynum ad quoscunque dolores abigendos; ac partem aliquam corporis demortuam ab Apoplexiæ invasione mirabiliter revivificat; concretiones, humores omnes resolvit, & cætera mirabilia præstat, si adhibeatur pro fotu parti affectæ.

Cordiale externum Cordis regioni, & Stomacho admovendum pluries mihi probatum, & a Fullero dictum nobile remedium eximie confortans, calefaciens, & corroborans.

℞. Vini rubri generosioris lib. j.
Spiritus Vini, Aceti an. unc. vj.
Absinthii, Menthæ recent. an. manip. ß.

Rad. Bistortæ unc. ß.
Corticum Granator. drachm. ij.
Macis, Caryophyllor. Nucistæ,
Cinnamomi opt. an. drachm. j.
Theriacæ opt. drachm. j.

Contusis quæ sunt contundenda, simul macerentur in B. M. per horas duas in vase rite clauso. Colatura usurpetur ferventissima pro usu dicto.

In Podicis Rhagadibus, & in ejus rimis, seu scissuris.

Ex Mynsicht.

℞. Olei Violacei unc. v.
Butyri non saliti unc. iij.
Mucilaginis Tragacanthi,
Sem. Cydonior. an. unc. j. ß.
Sacchari rubri unc. j.
M. pro Enemate, quod mirum est.

Ex Praxi.

℞. Aquæ flor. Sambuci unc. ij.
Lapidis infernalis rasi scrup. j.
M. pro usu externo.

Turunda Michaelis in Rhagadibus, & Ani scissuris.

℞. Emplastri de Cerussa unc. ß.
Camphoræ gr. jv.
M. & cum sufficienti quantitate Unguenti rosati, & pomati, necnon cum Oleo rosato fiat, lege artis, turunda: obliniatur, & indatur in Anum.

Ad Variolarum, & Morbillorum ruborem, necnon ad Cicatrices delendas.

Ex Schrodero.

Extrinsecus usus Spermatis Ceti pro linimento cicatricum, exanthematum cavitates replet.

Ad ruborem.

℞. Olei Amygd. dulc. s. i. recent. parati unc. j.
Spermatis Ceti drachm. iij.
Magisterii Bismuthi drachm. j.
M. & inserviat pro linimento.

Auctoris.

℞. Pinguedinis humanæ,
Olei Vitell. Ovorum an. unc. ß.
Essentialis Lavendulæ drachm. j.
M. pro usu.

Ex

Ex Schrodero.

OLeum Olibani instar illius Myrrhæ per deliquium factum summopere prodest ad maculas abstergendas, cavitatesque cicatricum explanandas.

Tandem inunctiones suilli Lardi cicatrices Variolarum, & Morbillorum eleganter replent.

In Rachitide.

Eu Boerhaavio.

VEstimentum sit accommodate siccum, gestatio, concussio, oscillatio; vectio sit in Rheda; frictiones multæ; cum pannis fumo Aromatum persusis ex natura calida, & sicca, maxime ad Abdomen, & Spinam.

℞. Cerati Diapalmæ unc. ß.
Oxycrocei drachm. ij.
Olei distill. Succini gutt. xij.
M. Ad Dorsi dolorem: & debilitatem Spinalis Medullæ, obstructionem, & alia hujus census, Puerulis Rachitide laborantibus. (oblonga figura) ab Occipite usque ad Os Sacrum adhibeatur.

℞. Urinæ hominis sani,
Vini opt: moschatell.
Ol. e pedibus Bovis an unc. ij.
Spermatis Ceti drachm. ij.
Macis drachm. j.
M. Coque ad uncias quatuor, & coletur.

Ad Rachitidem quidam hoc habuit pro secreto, quo Spinam Dorsi, ab Occipite incipiendo, atque deinceps successive descendendo, conficere solebat.

℞. Flor. Sambuci,
Majoranæ, Salviæ,
Rorismarini, Betonicæ,
Summit. Lavendulæ an. man. ij.
Baccar. Lauri, & Juniperi an. unc. j.
Contundenda contundantur, & in vase terreo cum Butyri majalis, vel ejus defectu
Medullæ bubul.
Ol. Lumbricor terr. an. unc. viij.
Aquæ vitæ unc. viij.
Lente coquantur ad Aquæ vitæ consumptionem: expressioni adhuc calenti adde
Ol. Mucis moschat. unc. ß.
Balsami Peruviani drachm. j.
Fiat Unguentum odorum pro usu.

Linimentum aperitivum per aliquot dies, quo Sydenhamius plures Rachiticos liberasse fatetur.

℞. Olei Lilior. albor.
Tamarisci an. unc. ij.
Succi rad. Bryoniæ,
Apii an. unc. j.
M. Bulliant ad succorum consumptionem, addendo
Ung. de Arthanita min.

Butyri insulsi an. unc.
Gummi Ammoniaci in aceto soluti drachm. ß.
Ceræ flavæ q. s. pro usu.

A doctissimis Glissonio, & Mayovv non pauca præsidia Chirurgica habentur ad Rachitidem.

Pulvis Cardinalis Pallottæ.

UT Cortex Peruvianus febres quascunque periodice recurrentes profligare infallibiliter solet, sic remedium hocce internum, quod pro Coronide hujus miscellaneæ propono, & Pleuritides, & Peripneumonias quascunque ullo absque dubio jugulat; nullus enim adhuc (testimonium perhibente Thoma Donzelli in quarta parte Theatri Pharmaceutici Doctoris Josephi ejus Patris.) Pleuriticus, vel Peripneumonicus interiit hoc adhibito remedio: quapropter, ut illi Specifici nomen jure tribuitur, ita & huic tribuendum affirmo. Sic præfatus Auctor de tali remedio, ac ejus proprietatibus, & usu loquitur.

℞. Aristolochiæ utriusque,
Bistortæ, Gentianæ, Carlinæ,
Tormentillæ, Dictamni cretici,
Baccarum Lauri, Boli arm. or.
Rheu. Pontici, Herbæ Cardui benedicti,
Terræ lemniæ veræ.
Sem. Anisorum, & Mastiches an. unc. j. ß.
Pyrethri, Rhabarbari opt. & Croci an. drachm. iij.
M. Fiat s. a. Pulvis subtilissimus, & in vase optime clauso asservetur.

Facultas, & Usus.

APpropriatum remedium est hic Pulvis contra Pleuritidem, Peripneumoniam, cæterasque inflammationes, multorum annorum serie probatum; experientia namque nullum Pleuriticum, quod sciamus, hujus pulveris exhibitione periisse, compertum est; Sanguinis enim acorem corrigit, effusum, vel coagulatum sanguinem resolvit, in grumos coagmentatum dissolvit, fluxilem reddit, & in naturæ gratiam redire facit, ipsum etiam in circulum adigit febrilem, demulcet ardorem, & dolorem exanimantem compescit. Est adeo probatum, & infallibile remedium, ut nullam Medico famam pariat: nam medicæ artis ignari sputum citra sanguinis tincturam observantes, Pleuritidem, Peripneumoniam, & alias internas inflammationes non fuisse existimant. Dosi ad drachmam j. Sumi potest quatuor horis ante, vel post cibum in jure pulli, vel Syrupo de Papavere Rhœade, vel Cardui benedicti.

Ad Ulcera callosa erodenda, & exsiccanda.

MUmia mineralis efficacissimum remedium Chirurgicum est: antivenereis unguentis etiam permiscetur: callosa ulcera absumit erodendo, ac exsiccando. Hæc apud Professores Chirurgicos fuit summæ efficaciæ medicamentum, uti legimus apud M. Bellose, & Sancassani, necnon apud Franciscum Verati Medicum, qui in Chemicis remediis versatissimus, ac eruditione ornatissimus fuit, quomodo ex multis ejus remediis apud nonnullos Authores, & Professores nobis notos constat.

Aqua pariter ab eo Præstantissimo Viro Mumialis dicta habetur. Ipse parabat illam abluendo mineralem Mumiam, & hanc aquam pro elegantissimo remedio adhibebat ad Ulcera antiqua, speciatim gallica, etiam ruinosa, in filamentis

lineis

lineis receptam, & Ulceribus admotam, & sic quotidie, prout opus erat. Ab illo citius, & tutius Ulcera dicta curabantur, si per hebdomadas binas Patiens prius sumpsisset omni mane Cyathum sequentis Vini medicati. Sed hoc Chirurgus sine consilio Medici Physici præscribere non debet:

℞. Vini generosioris lib. viij.
Salsæ parillæ el. ac pp.
Ligni Guajaci rasi,
Polipodii querc. incis.
Folior. Sennæ mund. an. unc. j. ß.

Omnia in vase vitreo excipiantur, & s. a. per B. M. fiat digestio horis xxjv. Dicta Cyathi dosis mane sumpta benigne, & sine ventris perturbatione purgat: humores corrigit, & exsiccat: in pituitosis, & humidi temperamenti potius convenit, quam in iis biliosæ constitutionis; in quo casu auferri debet Guajacum, & ejus loco Rad. Chinæ dulcis substitui potest. Quod tantum animadvertendum suadeo, non propono, quia me nimis inexpertum cognosco: hanc tamen admonitionem, ni fallor, mihi legisse videor in Hoffmanno, necnon in Fullero in quodam exsiccativo decocto Lignorum.

Suppurantia in Tumoribus.

LAc bubulum, in quo dissolutus, & coctus sit Venetus Sapo.

Aliud fortius.

℞. Diachylon. simpl. unc. ij.
Fermenti unc. j.
Olei Amygd. dulc. unc. semis.
M. ut ars docet, & parti suppurandæ admoveatur.

Ad Tumores aperiendos sine instrumento incidente. Sancassani.

℞. Fermenti unc. ß.
Salis com. pul. unc. j.
Aceti fortis q. s.
Cantharides n. jv. s. p.
M. & fiat puls, de qua drachma semis tumori aperiendo adaptetur.

Ad ulcera detergenda.

℞. Terebinthinæ Venetæ unc. ij.
Mellis communis unc. j.
M. ad usum externum.

Ad Cancros ulceratos, necnon ad Herpetes exedentes. Sancassani.

CAlx viva pul. per octo, vel decem vices cum aqua fontis dulcificata, & abluta, deinde exsiccata, & pulverisata, & supra Cancrum, & Herpetem corrosivum longo temporis spatio aspersa, valde proficua a laudatissimo, ac experientissimo Authore celebratur.

Ad Gangrænas. Sancassani.

℞. Aquæ Calcis recenter paratæ q. v.
Mercurii dulcis sub. pul. q. s.
Spiritus Vini ad libitum:
M. Vel
Hominis sani Urina, in qua solutum sit
Sal Ammoniacum, pro fotu.

Si ortum Gangræna habuerit a gelu, perfricationibus in membro gelato cum nive uti, praxis nos docet, & per os Theriaca exhibenda est cum Vino ad sudorem conciliandum: aliquantulum deinde vivificata parte, fiat transitus iterum ad novas perfricationes blandas cum Oleo Amygdalarum dulcium s. j. recenter parato, vel ad fotus cum Lacte, in quo decoctus sit Rosmarinus.

De Unguentorum magis usualium proprietate, necnon de Ceratis, Emplastris, Balsamis nonnullis, Oleis, Aquis, Collyris, Tincturis &c. quæ a Pharmacopolis in promptu semper servantur, & custodiuntur.

Unguentum de Alabastro, vel Alabastrinum.

Livores, & Contusiones a percussionibus resolvit, ac aufert, dolores capitis essentiales mirabiliter tollit, symptomaticos interdum modificat, uti nos pluries experti sumus: temporibus admoveatur; fronti, vel sincipiti, & stomacho, si animus sit roborandi, applicetur.

Unguentum album, seu Unguentum Pauli, vel de Cerussa.

Ulcerum ardores modificat, excoriationibus cicatricem inducit, confert cocturis ignis; & ut aptius agat, Dosis Cerussæ augeatur, e. g. ad singulam unguenti unciam addantur Cerussæ drachmæ duæ: tandem validius erit, si in Oleo Amygdalino Unguentum album confectum erit, & sine fœtore.

Unguentum Ægyptiacum, seu Melleum.

Dererfivum est: eo utimur magis in ulceribus putridis, antiquis, sinuosis, fistulosis, carnem excrescentem, & fere mortuam exedit, & consumit.

Unguentum Apostolorum, ita appellatum quia ex duodecim ingredientibus compositum.

Vulnera, Ulceraque efficaciter mundificat, callositates sensim absumit, & separat; carnis generationem a nonnullis promovere dicitur.

Unguentum de Artbanita majus.

Vomitum excitat stomacho admotum, hypogastrio alvum dejicit, hydropicis summopere confert; Vermes occidit, & educit. Eo utimur potius in Ægrotantibus illis remedia recusantibus interna.

Unguen-

Unguentum de Arthanita minus.

Tumores Mamillarum, Splenis, & Hepatis obstructiones, durities aliarum partium mollit, dissolvit; scyrrhis prodest, strumas resolvit: id efficacius semper redegi cum additione ad singulam unciam unius drachmæ Nicotianæ s. p. & ultra, eoque usus sum majori cum laude, quam sine Nicotiana.

Ungventum Basilicon.

Ulcera pudendarum partium, necnon nervosarum, & membranosarum speciatim, & blande detergit, & carne replet.

Unguentum de Betonica Berengarii, dictum de Matrisilva.

Vulnerarium est, & magis corroborans, quam Balsamum Arcæi, quo cum analogiam habet. Eo Chirurgi utebantur antiquis in vulneribus capitis: abstergit, & consolidat, tandem vulnus carne replet.

Unguentum de Calce.

Ad ambusta ex quavis causa confert: ad pruritus, & ad antiqua tibiarum ulcera, prius absterſa, prodest, dulcificando, & absorbendo; cicatricem tandem inducit: eo uti possumus meliori cum successu, quam illo de Lithargyrio, & de Cerussa.

Unguentum de Calce Jo. de Vico.

Validius dicitur esse ad effectus eosdem consequendos, quam illud de Calce simplici.

Unguentum de Comitissa.

Mensium profluvia compescit, laxatos renes roborat, abortum prohibet, & præcavet, hæmorrhoides nimium fluentes sistit, partibus convenientibus admotum.

Unguentum Digestivum magistrale.

Vulnerarium, & Digestivum est, disponit vulnus ad suppurationem, & ulcera. Hoc longiori tempore durat, quam Digestivum liquidum ex Terebinthina, Vitellis ovorum, & rosaceo Oleo factum.

Unguentum Digestivum liquidum Galeni.

Hoc actu conficitur, ut dictum est, & eosdem præstat effectus: ulterius commoditati est pro filamentis, & penicillis in eo intingendis, & in Vulnera introducendis.

Unguentum Dialthæa simplex Nicolai.

Durities emollit, digerit, suppurationem promovet, sæpe etiam resolvit.

Unguentum Infrigidans Galeni.

Valenter refrigerat, renum ardorem tollit: refrigerium confert febribus ardentibus, & Cephalalgiæ pulsanti temporibus admotum.

Unguentum de Minio, ſive de Sandice.

Ulceribus cicatrice obducendis admodum opitulatur; potenter exſiccat: eo utimur in igne ſacro feliciter, & ulceribus exedentibus auxilio eſt: cicatricat tandem ulcera. Ad ſingulam Unguenti Minii ego addere ſoleo drachmas duas Minii, quia Doſis Minii parva eſt ob grave pondus ſuum, & parvam ejus molem. Addo, id cito rancidum evadere.

Unguentum Populeum Nicolai Salernitani.

Contra morborum calorem eo utimur: temporibus illitum ſomnum conciliat; & capitis dolores compeſcit, fronti & calvariæ; deliria in febribus malignis modificat; hæmorrhoidum dolores attemperat: redundantiam lactis in mammis abſumit; valet ad ambuſta.

Unguentum Roſatum Meſuæ.

Anodynum eſt, dolores lenit, & patulas reddit ſolidas partes: herpetes ſedat: ardores, ac renum dolores attemperat, necnon hæmorrhoidum moleſtias moderat: cui ego ſemper adderem terram nucerinam, vel cancrorum oculos præparatos ad drachmas tres pro qualibet uncia.

Unguentum Roſatum Malvinum.

Eoſdem effectus præſtat Unguenti Roſati; ſed efficacius. Veneti profeſſores frequenter eo utuntur.

Unguentum de ſuccis Arantii.

In Ulceribus depaſcentibus, phagedænicis, inflammati feliciter adhibetur, ſicuti ad ambuſta.

Unguentum Reſinum Sarcoticum.

Cava Ulcera carne replet: digeſtivum eſt: fluentam materiam Ulcerum condenſat:

Unguentum Saturninum, ſive de Plumbo.

Valde efficax eſt in Ulceribus pus tenue fluentibus, uti in vitiis glanduloſis: exſiccat carnem humidam, reprimit, refrigerat.

Unguentum ad Strumas Barbette.

Uſus patet ex nomine.

Unguentum Diapompholygos, ſive de Tutia.

Commendatur ad ſiccanda eryſipelata: ulcera ſordida purgat, & præcipue tibiarum ſanat, & carne replet, & ad cicatricem perducit.

Unguentum Damaſcenum.

Efficaciter detergit; fungoſam, & ſuperfluam carnem abſumit.

Unguentum Gratia Dei.

Contusionibus mirum in modum medetur; carnem solidat, & ad pristinum restituit; mirabile dicitur in Ulceribus.

Unguentum de Cera, vulgo Unguentum Hippocratis dictum.

Resolvit contusas partes; calorem reprimit, dolorem lenit.

Unguentum de Staphysa, gria Manlii.

Eo ad Pediculos enecandos utimur.

Unguentum Mercuriale Antidotarii Bononiensis.

Dolores celticos corripit, & pediculos nidulantes in inguine occidit: Serpigines, & Tineam incipientem curat, ut nos pluries experti sumus.

Unguentum Mercuriale Sydenhamii.

Ad eosdem effectus consequendos validius, & efficacius est. Eo utimur in unctionibus Mercurialibus ad omnimodam Luem Veneream extirpandam, si rite paratum fuerit, & manu, atque consilio experti Professoris directum.

Unguenta Balsamica.

Balsamum Arcæi.

Feliciter usurpatur in Capitis vulneribus: Nervos consolidat, & articulos in eorum indispositionibus, & luxationibus.

Balsamum Locatelli.

Detergit, ulcera consolidat, nervos fortificat. Interne à nonnullis adhibetur ad ulcuscula Pulmonum tergenda, & consolidanda.

Linimenta.

Linimentum Saturninum.

Ad Herpetes, Erysipelata, & Ulcera depascentia commode exhibetur: anodynum est: ardorem, pruritum, doloremque in Ulceribus semper pacat. Adaugere soleo Saturni usti dosem, ut efficacius sit, ad duplum pondus.

Linimentum de Spermate Ceti.

Mamillarum durities emollit, Lac grumefactum dissolvit, & Glandulis obstructis, necnon inflammatis prodest.

Linimentum Saturni, sive Butyrum Saturni.

Ad cutis pruritus, & erosiones satis valet; sicuti etiam hæmorrhoidibus summopere prodest, & impetiginibus.

Butyrum Ceræ.

Efficaciter tumores frigidos, & præcipue articulorum, & eorum dolores resolvit: in Paralysi adhibetur, & in contracturis articulorum: vitiis membranarum prodest, scissuras Mammarum, & Labiorum cito sanat, ac incipientes perniones dissolvit: ischiadicis affectionibus medetur. Nonnulli Ceræ Butyrum anteponunt Oleo Ceræ rectificato.

Emplastra.

Emplastrum de Crusta Panis, Montagnanæ.

VAlde utile est ad Vomitum sistendum, & iis, qui cibum retinere nequeunt, auxilium confert validum.

Emplastrum de Meliloto Mesuæ.

Visceribus obstructis omnibus, & duritiebus aliis externis auxilium confert emolliendo, & leniter resolvendo.

Emplastrum de Cicuta.

Obstructum Lienem, ejusque duritiem emollit, ac dissolvit, necnon Strumas, & aliarum Glandularum vitia.

Emplastrum da Baccis Lauri.

Dolores Intestinorum, Hepatis, Ventriculique, & aliorum Viscerum a flatibus ortos discutit, ac dissolvit.

Cataplasmata.

Cataplasma de Nido Hirundinis.

AD resolvendam Anginam ab Antiquis commendatum fuit.

Cataplasma ad plantas pedum.

In soporosis affectibus ut plurimum pro stimulo eo utimur.

Sinapismus.

Revellit, ac partes resolutas excitat: Ischiadi prodest, Arthritidi, & Hemicraniæ medetur, necnon Letharge a causa lymphatica producto.

Pasta Vesicatoria.

Patet ex nomine effectus.

De

De Ceratis.

Ceratum Diapalma Galeni.

HUmorum affluxum cohibet; adſtringit ; quo cum vulnerum labia uniuntur : ab aere recentes cicatrices corroborando defendit, ut perfecte convalidentur.

Ceratum de Cerussa, album dictum.

Cutis productionem accelerat: exſiccat, refrigerat: defenſivum eſt.

Ceratum de Minio.

Ulcera Tibiarum ad cicatricem conducit.

Ceratum Norimbergense.

Nervoſas partes roborat, tumores reſolvit, ulcera exſiccat, & ad cicatricem reducit.

Ceratum ſparadrappum, ſive pro fonticulis.

Attrahit, parumque odores cohibet.

Ceratum Manus Dei, Codicis Pariſienſis, & Ceratum Gratia Dei, quod ad uſus eoſdem inſervit, hæc nomina habent ab excellentia.

Mollitiva, reſolutiva, deterſiva, mundificativa ſunt: corroborant ulterius, & exſiccant: tumoribus, contuſionibus, necnon ulceribus cujuſcumque generis medentur: Fiſtulas lacrymales longo uſu curant, ut nobis conſtat.

Ceratum Sacrum.

Prodeſt, & medetur ulceribus cruentis recenter factis, nervorumque præciſionibus, Ulceribus depaſcentibus, Contuſionibus, Parotidibus, Carbunculis, ac duritiebus.

Ceratum Barbarum.

Cruentis Ulceribus utile eſt, præcipue ſutura conjunctis; fracturiſque ad callum obducendum gluten refovet.

Ceratum de Ranis cum Mercurio.

Artuum dolores ex Lue Venerea ortos ſanit; ſtrumoſos tumores ab eadem cauſa productos mollit, ac reſolvit.

Paratur aliquando Ceratum hocce ſine Mercurio; multoties cum dupla, tripla, quadrupla doſi Mercurii.

Ceratum Viperinum.

Tumores duros, & Tophos quoſcunque emollit, reſolvit, diſcutit.

Ceratum Diachylon Meſuæ, vulgo Ceratum Mollitivum.

Emollit Tumores, ac maturat; vulnera conglutinat.

Ceratum Diachylon cum Gummi.

Eosdem præstat effectus, sed efficacius, & promptius, necnon digerit, & resolvit.

Ceratum de Mucilaginibus.

Emollit, maturat, resolvit durities omnes.

Ceratum Oxyroceum.

Ossium fracturis, ac doloribus levamen affert.

Ceratum de Pelle Arietina.

Peritonæo relaxato, Omento, & Intestinorum Herniis, Umbilicoque protuberanti, ac male conformato, & laxato maxime prodest, ac tonum adauget solidis partibus.

Ceratum Vesicatorium.

Nomen habet ab effectu.

De Oleis nonnullis tum per expressionem, tum per macerationem, necnon per distillationem ad usum Chirurgicum.

Oleum Absinthii Romani.

Discutit, resolvit: obstructionibus prodest; lumbricos occidit; Ventriculi imbecillitati prodest, & doloribus.

Oleum Amygdalarum dulcium.

Gutturis asperitates mollit, ac pacat; Pulmones lenit, & quascunque alias partes: per injectionem inflammationibus Vulvæ, & partibus ad vias urinæ spectantibus medetur.

Oleum Amygdalarum amararum.

Ad strangulatus, & durities partium pudendarum Mulierum levamen affert: flatus discutit, & multum surditatis initio prodest.

Oleum Anethinum.

Digestivum est, dolores solvit, ac lenit: Spina Dorsi hoc oleo illita ante paroxysmum febrilis rigor impeditur: phegmones resolvit: somnum conciliat; & dolorem capitis mitigat.

Oleum Anisorum distillatum essentiale.

Omentum curat, flatus discutit, ac cruditates dissolvit: Pectoris angustiis, Vomituique succurrit: menses Mulieribus ciet; oris fœtorem corrigit.

Oleum Avellanarum.

Valde confert doloribus Nervorum, ac Articulorum: efficacissimum est adversus venena, & venenosos morsus.

Oleum Cydoniorum.

Ex eo illitus ſtomachum corroborat ; fluxus Alvi ſiſtit tum per os ; tum per Clyſterem ſumptum.

Oleum Cucurbitæ.

Externa inunctione egregium eſt antipleuriticum.

Oleum florum Chamæmeli.

Univerſis partibus nervoſis ſuccurrit, & robur affert: dolores lenit, & diſſolvit.

Oleum Balſaminæ, ſive de Charantiis, ſive de Momordica.

Valet ad Podagræ, Mamillarum, &. totius corporis dolores, ſi loca dolore detenta inungantur: ad hæmorrhoides dolentes præcipuum eſt præſidium.

Oleum Capparum, vel de Capparibus.

Obſtructiones reſerat Lienis; Ictero prodeſt; & inflationibus infimi Ventris, dolori, omnique ejus frigidæ ægritudini convenit.

Oleum de Caſtoreo compoſitum.

Tremori, Tetano, doloribus nervorum, articulorum, vehementiſſimiſque febrium rigoribus, ſpinæ illitum prodeſt: doloribus hyſtericis medetur.

Oleum de Caſtoreo ſimplex.

Idem præſtat, quod compoſitum, ſed non tanta efficacia.

Oleum Caryophyllorum diſtillatum, ſive eſſentiale.

Ferventiſſimum eſt, ac pene cauſticum: in morbis frigidiſſimis ad inertiam ſpirituum ſuſcitandam, facultateſque vitales recreandas efficax habetur: ſpinæ illitum rigores febriles cohibet.

Oleum Hyperici.

Lenit dolores partium nervoſarum, præcipue inciſarum: vulnerarium eſt, ac agglutinans.

Oleum Hyperici compoſitum.

Idem præſtat, quod ſimplex, ſed valentius.

Oleum Laurinum.

Ad Cerebri, Nervorum, Articulorum, & Stomachi affectus valet: diſcutiens, & reſolvens eſt in Clyſteribus; affectibuſque frigidis mirum in modum confert.

Oleum Ligni Sancti, ſive de Guajaco diſtillatum.

Ad Ulcera, Dolores, Tumoreſque a cauſa gallica ortos commendatur.

Oleum Euphorbii.

Fortiter deobſtruit Lienis, & Hepatis obſtructiones: quaſcunque Capitis affectiones tum Nervorum, tum Articulorum ſolvit.

Oleum.

Oleum e Nuce Ben.

Maculas Variolarum disperdit; lentigines, ac cicatrices delet; Surditatem curat, & Ani dolores resolvit.

Oleum ex Karabe, sive de Succino distillatum.

Nervis, & attonito morbo succurrit: Paralyticis, Hystericis, Apoplecticis, & Epilepticis prodest tum intrinsecus, tum extrinsecus exhibitum: Uteri præfucationi mirabile: Aeri corrupto resistit.

Oleum Mastichinum.

Cerebrum, Nervos, & Ventriculum roborat.

Oleum Lumbricorum.

Ambustis prodest: Obstructiones reserat: Icterum curat; & Nervis male affectis utilissimum est.

Oleum Liliorum alborum, necnon Violarum lutearum dictum Cheirinum.

Digestiva, ac concoquentia sunt, & resolventia: attemperant ob id dorores Thoracis, Renum, Nervorum, Uterique.

Oleum Seminum Lini.

Spasmo Nervorum, ac Intestinorum duriciei, Hæmorrhoidibus, Sedis inflammationibus, & Renibus confert; adhuc etiam Colicis, Uterinis, ac Pleuriticis doloribus illitum, vel potum succurrit.

Oleum de Lateribus, sive Philosophorum.

Calefacit, resolvit, penetrat, digerit materias omnes excrementitias: prodest Epilepsiæ, Paralysi, Vertigini, oblivioni: Lienis, Renum, Vesicæ, Uteri, Nervorum, Articulorum omnium, & ischiadis doloribus frigidis mirum in modum opitulatur.

Oleum Nenupharis albi.

Idem præstat, quod Oleum Violatum, sed magis hoc refrigerat; minus ideo efficax, quam illud Papaveris seminum.

Oleum Nervinum.

Contractiones Nervorum, ac dolores Articulorum juvat.

Oleum Apparitii de Zubia, vulgo della Spagnuola.

Vulnerarium efficacissimum est eximiis viribus donatum: recentia vulnera conglutinat, vetera carne replet; & ad cicatricem ducit: prodest contusionibus cujuscunque generis.

Oleum Rutæ.

Attenuans, & digestivum est: Renum, & Vesicæ doloribus medetur: flatus discutit, & solvit.

Oleum Rosatum.

Anodynum est, & emolliens: Nervis confert; & etiam in Clysteribus usurpatur.

Oleum.

Oleum Violatum.

Refrigerat, inflammationum æſtum attemperat, anodynum eſt: pleuriticos dolores ſedat. In Clyſteribus pariter adhibetur.

Oleum Scorpionum ſimplex.

Doloribus renalibus prodeſt: illitum Lumbis, Pubi, & Peritonæo urinam movet.

Oleum Saxi, ſive Petroleum, ſive Naphtha.

Efficaciter reſolvit, digerit, humores fundit, ac ſolvit: affectiones iſchiadicas curat tenuitate ſua, ac omnes frigidas affectiones: doloribus confert frigidis.

Oleum ex Vitellis Ovorum.

Moleſtis Hæmorrhoidibus, Aurium, & Ani doloribus prodeſt, & eos pacat; Ambuſtis, Cicatricibus Variolarum, aliis cutaneis affectibus, omnibuſque doloribus, & vulneribus medetur.

Oleum Tartari, ſeu Liquamen Tartari.

Faciem detergit, & ejus quæcunque dehoneſtamenta, & maculas.

Oleum Vulpinum.

Ad Podagram, nec non ad omnes Arthritidis ſpecies, ad dorſi etiam, ac renum dolores utiliſſimum eſt.

Oleum Nucis Juglandis.

Uſurpatur in Colicis, in doloribus Mulierum Puerperarum: reſolvens eſt, & Nervos roborat.

Oleum de Cherva, ſive Oleum Ricinum.

Prodeſt Pſoris, & aliis Capitis ulceribus, ſedis inflammationibus, aurium doloribus, & Vulvis, quæ occluſæ, converſæque præfocationes ſuſcitant.

De Aquis Chirurgicis, & Collyriis.

Aqua Calcis.

ALchalica eſt: Acidos Sales dulcificat, exſiccat, abſorbet: Ulceribus prodeſt, ac Herpetibus.

Aqua Phagedenica.

Fungoſam in antiquis, & ſordidis Ulceribus carnem conſumit.

Aqua Aluminoſa Fallopii.

Exſiccat, eradicat ulcera, puſtulas, aphthas, atque thymos gallicas; ejuſque aliæ vires ſunt Lippis, & Tonſoribus notæ.

Collyrium album, ſive Sief.

Lippitudinibus, & oculorum ulcuſculis prodeſt.

Collyrium album cum Tutia.

Oculorum ardoribus, & pustulis confert, iis præcipue, qui nullam mordacitatem ferre possunt.

Collyrium Cathæreticum, sive Lanfranci.

Ad ulcuscula, potissimum venerea, in faucibus exsiccanda.

Collyrium Sanctorii.

Acres humores ad oculos affluentes involvit, ac contemperat.

Collyrium album sine Opio.

Oculorum ardori.

Collyrium de Vitriolo.

Oculorum Pterygion, ac Fistulas quoque consumit.

Collyrium Citrinum.

Efficax anodynum ad quoslibet oculorum dolores, & eorum exulcerationes.

Collyrium ex Fellibus Animalium.

Valde obstructionibus Nervi Optici, sive Guttæ serenæ confert, & eorum caliginosis fluxionibus, & Catarractis incipientibus.

De Tincturis, & Solutionibus.

Tinctura Laccæ, Boerhaave.

AD vitia scorbutica gingivarum, & oris, ac ad dentes consolidandos externa ablutio prodest.

Tinctura Laccæ vulgaris.

Valet ad idem, sed mitior est.

Tinctura Laccæ cum spiritu Cochleariæ.

Cum supradictis habet locum.

Tinctura Myrrhæ.

Oris ulcera, ac Palati detergit, ac consolidat. Vulneraria est.

Tinctura Innocentiana, seu Balsamum Innocentianum.

Pro eximio habetur vulnerario, & consolidante.

Tinctura adstringens, seu Balsamum Ghetli.

Ad Uulnerum glutinationem, & in hæmorrhagiis laudatur. Vide reformationem nostram retro, ut validior sit.

Tinctu-

Tinctura Myrrhæ in spiritu vini facta.

Antiseptica est: Ulcera oris, ac palati detergit, & consolidat: Vermes in ulceribus necat.

Tinctura de Aloe in spiritu vini facta.

Vulneraria est insignis: consolidat, a corruptione defendit: Vermes occidit.

Tinctura de Euphorbio, ut supra facta.

In Carie Ossium, & Nervorum puncturis prædicatur: Ego quidem Euphorbio pulverisato, & insperso uterer.

Tinctura Aurea stiptica.

Enormes hæmorrhagias sistit, uti in nostro tractatulo Chirurgico &c. ad quem &c.

De Trochiscis.

Trochisci Andronis.

Ulceribus tum antiquis, tum recentibus conferunt: Fistulas, Ossa corrupta, Condylomata, Phagedena reprimunt, sanant.

Trochisci de Minio.

Iis utuntur ad sordida, & callosa ulcera mundificanda: Globuli rotundi, vel filamenta illis aspersa ora cauteriorum, fistularum quoque dilatant orificia.

Trochisci de Solano.

In Ulceribus Testiculorum, & Vesicæ cum injectionibus commixtis utuntur.

Trochisci Passionis.

Efficaciores sunt, quam illi Andronis.

Reliqua ad Chirurgicam Artem pertinentia descripta reperiuntur in Tractatulo meo de Chirurgicis Medicaminibus per classes, & gradus distinctis, ad quem, si oportuerit, confugiatur.

Meum hunc qualemcumque laborem, cujus metam jam tetigi, hilari excipite animo, studiosissimi Juvenes: dabo in posterum, si unquam, ut spero, Diis placuerit, ut omnia faciam, aliquid aliud, quod vobis decus, & vestrorum ope egentibus majorem afferre queat utilitatem. Non aliam neque opto, neque expecto laborum meorum mercedem, quam ut pari prosequamini affectu eum, qui vos omnes maximo affectu prosequitur. Valete.

Si, recte curante, a magnitudine Morbi superetur Æger, non culpa Medici est.

Hippocrat.

Vix, aut ne vix quidem ullum reperiri opus, in quo non aliquid culpetur: ut enim omnino perfecte, & sine errore quidquam facere, difficile est; sic contra quoque, etiamsi quid rite factum fuerit, difficile est, in imperitum pariter, ac iniquum non incidere judicem.

Socrates apud Xenophontem lib. 2.

F I N I S.

SYLLABUS REMEDIORUM

Pharmacopeæ Chirurgicæ Particularis.

Epiſpa-

NOI RIFORMATORI

Dello Studio di Padova.

Concediamo Licenza a *Giuseppe Orlandelli*, *per la dita del fu Francesco di Nicolò Pezzana* Stampator di *Venezia* di poter ristampare il Libro intitolato *Dosium tum ad simplicia tum ad composita medicamenta spectantium Index*. Osservando gli ordini soliti in materia di Stampe, e presentando le Copie alle Pubbliche Librarie di Venezia, e di Padova.

Data li 24. Febbraro 1791.

(*Giacomo Nani Cav. Rif.*
(*Zaccaria Valleresso Rif.*
(*Francesco Pesaro Cav. Pr. Rif.*

Registrato in Libro a Carte 229. al Num. 13.

Marcantonio Sanfermo Seg.

